



204
Pg. f. 204

ግጽጳጳ: ትግሥት : ዘልዛ : ስዎጳጳ ::

Seu

GRAMMATICA
LINGUÆ AMHARICÆ

Quæ vernacula est

HABESSINORUM

IN USUM EORUM QUI CUM ANTIQUA
HAC ET PRÆCLARA NATIONE CHRISTIANA
CONVERSARI VOLENT.

Plura habes in Præfatione.

AUTORE

IOBO LUDOLFO.



FRANCOFURTI AD MOENUM,
Prostat apud **JOHANNEM DAVID. ZUNNERUM.**

Impressit MARTINUS JACQUETUS.

Anno Christi cIo Iæc xcviiii.

FRANCOPURTI AD MOENIUM

201

GRAMMATICA
LINGUE AMHARICÆ

Quæ vernacula est

HABESSINORUM

IN USUM FORUM QUI CUM ANTIQUA
HAC ET PRÆCLARA NATIONE CHRISTIANA
CONVERSARI VOLUNT.

Plura habes in Præfatione.

AUCTORE

IOH. LUDOLFO.



FRANCOPURTI AD MOENIUM
JOHANNEM DAVID ZUNNII

IMPRESSE MARTINIUS JACOBETUS

Anno Christi 1707

PRÆFATIO.
IOBUS LUDOLFUS

Benevolo Lectori. S.



Grammaticam *linguæ Amharicæ* hîc tibi tradimus, Amice Lector! fat rudem & imperfectam, fateor, quia prima: quia à nemine unquam tentata, multo minus edita; ideoque nunquam audita nec visa. Diu profecto dubitavi, num publici juris facerem, antequam occasio daretur eam perficiendi, aut insigni aliquo tractatu Amharico confirmandi: Etenim paucis tantum fragmentis, & brevi cum *Gregorio Habessino-Amharenfi* conversatione usus sum. Ad hæc multa alia editionem impediabant, defectus genuinorum typorum, & idonei amanuensis, quem typographo præficerem. Tandem veritus, ne labor iste eodem mecum fato fungeretur, posthabitis typographiæ molestiis atque impensis illum vulgare decrevi, certâ spe fretus, eum usui futurum iis, qui cum Habessinibus commercia & amicitiam instituere voluerint.

Est lingua ista Habessinorum vernacula, ልዩኒ: አዋጋራ፤ *Lingua Amharica* ab illis dicta. Nomen habet ab *Amhara*, regno Habessiniae præcipuo, in quo, ut & in vicinis regionibus (quas illi Regna vocant) *Shoa*, *Bagemdra*, *Gojama*, *Hangota* & *Ifata*, tametsi paulò differentibus dialectis, in vulgari omnium usu habetur. Vocatur etiam ልዩኒ: ንጉሥ: *lingua regia*. Ea enim sola in castris regiis, quocunque demum transferantur, usitata est.

In aliis regionibus huic imperio subjectis variæ eæque inter se dissimiles obtinent linguæ. In *Dembea*, ubi hucusque castra regia posita fuerunt, alius prorsus auditur sermo. *Damota*, *Gafata*, *Gonga* & *Enarea* peculiare habent linguas, ut taceamus *Setos*, *Shatos*, *Agavos*, denique peregrinos *Galleos*, dialectis vel linguis inter se discordantes. Hâc tamen linguâ, quam omnes totius Regni primores & honoratiores callent, ubique intelligeris. Adeo ut illis, qui ad Habessinos proficisci, vel cum iis negotia gerere velint, non utilis modò, sed necessaria sit.

In usum venit hæc lingua, cùm deficiente familia *Zagea*, in *Tigra* imperitante, Rex novus è regno *Shewa*, Amharæ vicino,

P R Æ F A T I O

cino, quæreretur, & sequentibus temporibus è famosa illa rupe Amharæ, in qua Regum filii custodiebantur, Reges peterentur, qui cum familiaribus suis Amharicè loquebantur. Etenim mutata sede regia non rarò & linguæ mutantur. Quod Romæ & toti Italiæ post sedem Romani Imperii Constantinopolim translata contigisse videmus, idem in hoc regno contigit. *Axumma*, Tigrae metropolis, priscorum Habassia Regum, à Salomone (uti ferunt) descendentium, sedes erat; unde *Axumita* dicti fuerunt, ante concilium Chalcedonense in Ecclesia Christiana notissimi. Regnum illorum invaserat *familia Zagæa*, improbæ cujusdam foeminae operâ, quæ omnes antiquæ illius stirpis posteros è medio sustulit, unico tantum superstite, qui procul intra Africam in Schevam regnum profugit, generis sui propagator. Post istos rerum motus, lingua Tigrensis (*Tigranam* aliqui vocant) seu Axumitica, quam nunc Æthiopicam vocamus, paulisper in defuetudinem venit, & vicissim Amharica nostra invaluit, vestigiis illius in Tigra manentibus. Remansit tamen Æthiopicæ linguæ sua dignitas & puritas in S. Scriptura & cultu sacro: in priscis Patrum Ecclesiæ scriptis, aliisque libris antiquis: nec non in Regum diplomatibus atque rescriptis. Propterea non aliter ac apud nos Latina, doctioribus tantum cognita est, nec acquiritur nisi studio. Quam ob rem ארז: ווה: *Lingua studii*, vel ארז: פרח: *Lingua librorum*, vocatur. Quo cognomento Gregorius linguam Latinam sæpe appellabat, addito tantum *Europa* nomine.

Cæterum Æthiopicam in Habessinia vix quisquam loquitur. Gregorius eam mei gratia loqui cogebatur, quippe nullam aliam callebat: meque vicissim oportebat primo balbutire, donec etiam confabulari cum illo discerem. Sed peregrinis rebus, aut noviter inventis, vetus ista lingua non sufficiebat, idcirco Gregorius Amharica vocabula, si opus foret, admiscebat, quod imperitiores sæpe faciunt, si Æthiopicè scribere necesse habeant; ut propterea Amharicam quoque addiscere non inutile futurum sit.

Perdifficilis quidem est hæc lingua, sicuti per omnes Grammaticæ nostræ partes videre licet; pronunciatione imprimis, ut ad plurima vocabula viro Europæo obmutescendum planè sit. Nam præter quatuor illas literas Æthiopicas פ: מ: ג: ג: seu ט: etiam Amharicas quasdam habent, nobis vulgo ignotas, nempe פ: פ: & מ: (Nam א: ז: ה: & ח: quas in syllabario à nobis pro-

pro-

AD LECTOREM.

proposito spectas, in Europa dantur) ut facile credam *Plinio* Lib. V. in princ. asserenti: *Populorum Africae oppidorumque nomina, praterquam ipsorum linguis, vel maxime esse ineffabilia.*

Verum enim verò, qui ex nostris opusculis linguam hanc discere voluerit, Æthiopicam prius calleat necesse est, si feliciter progredi velit; non tantum ob utriusque convenientiam, sed & quod exempla plerumque ex illa proferamus, quæ illius ignarus non capiet. Ad hæc significatio multarum Amharicarum vocum ex illa petenda est. Ita enim se habet respectu Æthiopicæ, sicut *Gallica* vel *Hispanica* respectu linguæ *Latinae*, ut alteram alteri opitulari necesse sit. Nam passim usurpant Habessinii vocabula, phrasæ, epitheta atq; loquendi formulas Æthiopicas, constructione & terminatione retentâ, veluti ስብከተ : ለእግዚአብሔር : *Laus Deo!* አግዚአብሔር : ይወዳል : *Deus velit, seu Deo volente,* & similia, quæ merè Æthiopica sunt. Haud secus ac si quis dicta & vocabula Latina linguis vernaculis, vel Græca Latino sermone immisceat.

Cæterum Grammatica ista, utut exigua, non exiguo nobis constitit labore; quippe neminem præeuntem habuimus. Gregorius artem Grammaticam ne primis quidem labris degustaverat, & ne minimum quidem vocabulum technicum ex illa noverat, ut mihi indicare potuisset, quò hæc vel illa vox spectaret. Igitur me sæpe conjectare oportebat, ad quem locum in Grammatica status & formatio alicujus vocis referenda esset. Plurimum verò æstuavi, priusquam decernerem, quid ad regulam, quid verò ad exceptionem pertineret; præsertim antequam elisiones literarum, & crasæ varias ex celeritate pronunciationis ortas, animadverterem; ut taceam sexcenta alia dubia, quæ in peregrinissima hac lingua resolvenda erant. Non enim secundum Grammaticæ analogiam, sed merè secundum pronunciationem voces formabat & describebat Gregorius. Ex. gr. ሆይ : ስብከተ : pro ሆይ ስብከተ : ስብከተ : *qui non patiens est vir, id est: Impatiens.* Atque sic modò particulas negativas literæ præcedenti annectebat: modò formativas personarum Futuri contrahebat: modo radicales gutturales omittebat, ut multum me discruciaret, priusquam scirem, quid esset; prout in Grammatica de vitiis Orthographicis *Lib. I. Cap. VIII. & IX. Can. 4. & 5.* notavi. In *vocabulario Italico-Amharico*, quod secum circumferebat, tantum *Præsens, Præteritum & Infinitivum* posuerat, reliqua tempora, ut & personas temporum fœ-

P R Æ F A T I O

mininas planè omiserat; quæ aliundè conquirendæ, vel ex exemplis conjiciendæ & à me supplendæ erant. Quæ cuncta me sæpiùs tanto tædio afficiebant, ut nisi boni publici studium in patientia & constantia me continuisset, laborem istum maturè deseruissem.

Nulli adhuc, quod sciam, in hac lingua extant libri manuscripti: præter *Vocabularium Æthiopico - Amharicum*, illi ስዕርዕርዕ: *Sauçau* i. e. *Scalam* vocant, Arabum more, qui ejusmodi vocabularium (quale Athanasius Kircherus *Copto-Arabico-Latinum* edidit) *السلام الكبير Scalam magnam* appellant. In hoc quærunt, si forte significationem vocabuli alicujus Æthiopici non intelligant. At Amharicæ linguæ imperito talis liber inutilis est.

Retulit mihi Gregorius, Patres Societatis Jesu libros quosdam Biblicos secundum versionem vulgatam Amharicè transluisse; sed illi vel in Indiam translati, vel in Æthiopia aboliti fuerunt. Sed nec dum inter Habessinios convenit, quomodo linguam suam scribere velint vel debeant, uti ex hæsitatione Gregorii & fragmento, quod in fine hujus opusculi reperies, intelligere potui. Idem olim in *Latina* nec non *Germanica* nostra linguâ, cum primùm scribi cœpissent, usu venit, quæ diversimodè à diversis exarabantur, ut vetera documenta ostendunt; donec viri docti in ratione & modo scribendi consentirent.

Lexicon quoque *Amharico-Latinum* conscripsimus, quod proximè prælo subjicietur. In illud omnes voces retulimus, quas partim ex ipso Gregorio: partim ex *Vocabulario* ejus, cujus supra mentio facta, hausimus. De isto Lectorem celare non possumus, quod id pro usu suo secum habuerit, cum mecum in Germania esset, mutilum prorsus atque mancum; Italica enim vocabula ab imperito quodam Italo sine ordine & sine methodo negligentissime conscripta erant: *Amharica* Gregorius addiderat. Istud postea in *Bibliothecam Regis Gallie*, nescio quo casu, delatum fuit, ubi illud denuò reperi.

Quo loco summoperè prædicandam habeo insignem Dn. Gallezii benevolentiam (*l' Abbé Gallois*) tunc temporis *Bibliothecæ Regiæ Præfecti*, qui mihi domi meæ describendum concessit vocabularium illud, nemini aliàs utile futurum. Satis enim intelligebat *Bibliothecas* esse instar thesauri, qui nisi aperiatur & distribuatur, inutile pondus terræ censeripotest; secus ac multi alii *Bibliothecarii*, qui putant fascinari libros, si à docto quodam

dam

AD LECTOREM.

dam viro aspiciantur & tractentur ; cujusrei exemplum habui *Lutetie Parisiorum*, in *Bibliotheca Seguieriana*, cum libros Æthiopicos sat multos ibi perlustrassem, atque rogatu heredum catalogum illorum frigida adhuc tempestate perfecissem, postea ne quidem descriptionem istius obtinere potui.

De ipsa Habessinorum natione nunc filere præstat, quam parum dicere. Gentem esse Christianam per antiquam constat, quæ priscas suas sedes, postquam ex Arabia in Africam transierat, per multa secula obtinuit, & contra Mohammedanos invalescentes defendit. Populum esse præclaræ ac fidæ indolis, & probitatis spectatæ, in toto Oriente notum. Quamobrem servi hujus nationis, à Musulmannis bello capti, pluris veneunt quam aliarum gentium mancipia. *Pueros Habesinos esse indolis aureæ, & majoris innocentia, quam quisquam crediderit*, testes fide digni referunt: ad hæc ingenii præstantissimi, ut inter eos vix stupidus aliquis reperiatur. *S. Scripturæ* tam amantes sunt, ut non adolescentes tantum, sed etiam virgines memoriter ediscant *Psalms Davidis, & Epistolas S. Pauli*. Denique & formâ præcellunt cæteros omnes *Africani generis Æthiopes*, simos, turgidis labris & contortis capillis deformes, maledicti *Chami* (ut multi viri docti censent) posteros. Nostris faciebus in nullo, nisi colore cedunt; adhæc comam alunt, & mirificè ornant, à benedicto *Semo* (ut probabile est) descendentes. Plura qui de iis scire volent, nostram *Historiam Æthiopicam cum Commentario* legant Lib. I. cap. 14. n. 98.

De consilio nostro paucis Lectores monebimus, ne forte putent, nos solo novitatis studio, aut famæ captandæ gratiâ, talia à functionibus nostris publicis aliena, tractare. Cognitionem rerum & linguarum Æthiopicarum, tanquam talentum benevolentia divinâ nobis peculiariter concessum, minimè otiosum penes nos pati volumus, sed illud excolere, propagare, atque impigrè vulgare conati sumus, nullis neque laboribus neque sumptibus parcentes. Quandoquidem non nobis tantum, sed multis prudentibus viris, qui statum hujus regni, & incolarum ingenium penitiùs inspexerunt, operæ pretium visum fuit, amicitiam atque commercia cum illis instituire. Etenim interesse putaverunt & Reipublicæ Christianæ & Rei literariæ, ut nostras pacis belli que artes cum illis liberè communicaremus. Plurimos enim circumcirca barbaros, atque gentiles habent, qui ad cœtum fidelium aggregari possent, si arte Typographicâ donarentur,

P R Æ F A T I O.

tur, è qua libros, è libris doctrinam, & è doctrina viros pios atq; doctos pararent, tanto operi suffecturos. Habent enim in Habassia præter *S. Scripturam* (ut diximus) venerandos Ecclesiæ Patres, *Chrysostrum*, *Gregorios* vulgò notos, & alios Æthiopicè verfos. Inprimis *Concilia antiqua*, è quibus variæ lectiones pro nostris Codicibus colligi possent. De quibus lege *Historiam nostram Æthiopicam* cum *Commentario* Lib. III. cap. 4.

Porro studiosos celare nolumus, nos *Lexicon & Grammaticam Æthiopicam*, opera à nobis dudum edita, nunc verò triplo vel quadruplo auctiora, ad prælum parata habere. Ut & illa cum *Psalterio Æthiopico* in lucem edamus, animum & ansam nobis præbet doctissimus Amanuensis noster *M. Johannes Henricus Michaelis*, *Hale* in Academia Fridericiana *Facultatis Philosophicæ Adjunctus*, bonâ quadam fortuna nobis oblatus. Is, egregiâ Orientalium linguarum ipsiusque Æthiopicæ peritia cum vera pietate conjuncta præditus, curas typographicas in se recepit, & singulari diligentia atque judicio in corrigendis typothetarum schedis utitur; ut me non tantum tædioso illo labore inter alia negotia graviora levare, sed etiam, si quid humanitus mihi accideret, de continuando opere meque pariterque alios studiorum nostrorum amatores, securos reddere possit; idque non sine fructu publico & studiosorum emolumento, si ipsum ad Academicos labores, post opus confectum, redire contigerit.

Postremò de autoritate, quam in concinnanda hac Grammatica adhibuimus, dicere superest. Solent primi & novi alicujus operis inventores, (& quidem jure merito) autorum loca, quibus nituntur, allegare; id nos, quia nullus liber impressus extat, facere non potuimus. Manuscripta enim & fragmenta, quibus nos usi sumus, nemo alius possidet; sic frustra fuisset aliud quid allegare. Id enim, præter ea quæ ipsi nunc publicamus, nemo inquirere potuisset; Veluti *Luca Cap. XI.* usque ad vers. 14. quò continetur *Oratio Dominica. Symbolum, Apostolicum* vulgò dictum. *Formule colloquendi* à Gregorio acceptæ. *Carmen Amharicum* ipsius Gregorii. Cætera vel ex illius ore, vel ex vocabulario supra descripto hausimus, & quantum valuimus, per omnes Grammaticæ partes, methodò inter Orientales Grammaticos usitata, dispensavimus, ut res ipsa demonstrat. Sic viâ semel strâtâ factu facillimum erit inventis addere, & quæ nos fugerunt, emendare atq; supplere. Vale! & nostro labore ad DEI gloriam & proximi utilitatem feliciter utere. Dabam Francofurti Cal. Septembr. Anno Dom. MDCCXCVIII.

non:

በስጦ: ስብ: ወወለዮ: ወወገረስ:

ቆደስ: ወ ስዎላክ::

IOBI LUDOLFI
GRAMMATICÆ
AMHARICÆ

LIBER PRIMUS,
DE
ORTHOGRAPHIA.

CAPUT PRIMUM.

De Literis.

Literæ Habessinorum in Amharica lingua eadem sunt ac in Æthiopica, eodemque modo per *septem ordines* secundum vocalium sonos variantur; nisi quod viginti sex characteribus *septem* alios addant, figura & potestate Æthiopicis affines, quos in hac tabella cognoscere poteris.

Tabula literarum Amharicarum,

ä	u	i	ā	ē	ē	ō
ሸ Shä	ሸ Shu	ሸ Shi	ሸ Shā	ሸ Shē	ሸ She	ሸ Shō
ቸ Tja	ቸ Tju	ቸ Tji	ቸ Tjā	ቸ Tjē	ቸ Tjē	ቸ Tjo
ኘ Nja	ኘ Nju	ኘ Nji	ኘ Njā	ኘ Njē	ኘ Njē	ኘ Njo
ኸ Cha	ኸ Chu	ኸ Chi	ኸ Chā	ኸ Chē	ኸ Chē	ኸ Cho
ዘ Ja	ዘ Ju	ዘ Ji	ዘ Jā	ዘ Jē	ዘ Jē	ዘ Jo
ደ Dja	ደ Dju	ደ Dji	ደ Djā	ደ Djē	ደ Djē	ደ Djo.
ጠ Tsha	ጠ Tshu	ጠ Tshi	ጠ Tshā	ጠ Tshē	ጠ Tshē	ጠ Tsho

Quarum genuinam pronuntiationem syllabarium sequens docebit.

Itaque, si figuras simplices computes, *Triginta tres* habebis; si verò omnes simul cum vocalibus & Diphthongis numeraveris, *Ducentas quinquaginta & unam* omninò reperies, ut sequens syllabarium commonstrat, præter characteres numericos, & nonnullos peregrinos; de his infra C. 2. de illis verò Lib. III. c. 4. agitur. Coniunximus autem in sequente syllabario Literas Amharicas cum Æthiopicis affinibus, ut quasi perfectam synopsin totius literaturæ Amharicæ ob oculos ponamus.

SYLLABARIUM AMHARICUM.

	Ordo I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.		
Nom. Æth.	ገዕዝ:	ካዕብ:	ሠልክ:	ረብዕ:	ኃዕክ:	ሳዕብ:	ሳብዕ:		
Valor.	A.	U.	I.	A.	E.	ε. obscur.	O.		
	breve. f. Angl.			longum.	long. five masc.	f. Fœmin. Gallicum.			
1	Hoj	ሀ ha	ሁ hu	ሂ hi	ሃ ha	ሄ he	ህ he	ሆ ho	ገ H
2	Lawi	ለ la	ሉ lu	ሊ li	ላ la	ሌ le	ል le	ሎ lo	ላ L
3	Haut	ሐ ha	ሑ hu	ሒ hi	ሓ ha	ሔ he	ሕ he	ሖ ho	ሐ ረ
4	Maj	መ ma	ሙ mu	ሚ mi	ማ ma	ሜ me	ሚ me	ሞ mo	መ M
5	Saut	ሠ sa	ሡ su	ሢ si	ሣ sa	ሤ se	ሥ se	ሦ so	ሠ S
6	Rees	ረ ra	ሩ ru	ሪ ri	ራ ra	ራ re	ራ re	ራ ro	ረ R
7	Sât	ሰ sa	ሱ su	ሲ si	ሳ sa	ሴ se	ስ se	ሶ so	ሰ S
8	Shât	ሰ sha	ሱ shu	ሲ shi	ሳ sha	ሴ she	ስ she	ሶ sho	ሰ Sh. Ang.
9	K'af	ቀ k'a	ቁ k'u	ቂ k'i	ቃ k'a	ቄ k'e	ቅ k'e	ቆ k'o	ቀ K Æth.
10	Bet	በ ba	ቡ bu	ቢ bi	ባ ba	ቤ be	ብ be	ቦ bo	ቀ B
11	Tawi	ተ ta	ቲ tu	ቲ ti	ታ ta	ቲ te	ቲ te	ቲ to	ተ T
12	Tjawî	ቲ tja	ቲ tju	ቲ tji	ቲ tja	ቲ tje	ቲ tje	ቲ tjo	ቲ Tj.
13	Harm	ሄ ha	ህ hu	ሆ hi	ሃ ha	ሄ he	ህ he	ሆ ho	ሀ ረ
14	Nahas	ኔ na	ኑ nu	ኒ ni	ና na	ኔ ne	ኖ ne	ነ no	ኔ N
15	Gnahas	ኘ gna	ኙ gnu	ኚ gni	ኛ gna	ኜ gne	ኝ gne	ኞ gno	ኘ Ng. Gall.
16	Alph	አ a	ሁ u	አ i	አ a	አ e	አ e	አ o	አ N
17	Kaf	ከ ka	ከ ku	ከ ki	ከ ka	ከ ke	ከ ke	ከ ko	ከ K
18	Chaf	ከ cha	ከ chu	ከ chi	ከ chá	ከ ché	ከ ché	ከ cho	ከ Ch. Germ.
19	Wawe	ዐ wa	ዑ wu	ዒ wi	ዓ wa	ዔ we	ዕ we	ዖ wo	ዐ W. Ang.
20	Ain	ዐ a	ዑ u	ዒ i	ዓ a	ዔ e	ዕ e	ዖ o	ዐ V
21	Zai	ሀ za	ሁ zu	ሂ zi	ሃ za	ሄ ze	ህ ze	ሆ zo	ሀ Z. Gall.
22	Jai	ሀ ja	ሁ ju	ሂ ji	ሃ ja	ሄ jé	ህ jé	ሆ jo	ሀ j. Gall.
23	Jaman	ዐ ja	ዑ ju	ዒ ji	ዓ ja	ዔ je	ዕ je	ዖ jo	ዐ j. Germ.
24	Dent	ዐ da	ዑ du	ዒ di	ዓ da	ዔ de	ዕ de	ዖ do	ዐ D.
25	Djent	ዐ dja	ዑ dju	ዒ dji	ዓ dja	ዔ dje	ዕ dje	ዖ djo	ዐ Dj.
26	Geml	ገ ga	ገ gu	ገ gi	ገ ga	ገ ge	ገ ge	ገ go	ገ G.
27	T'ait	ጠ t'a	ጡ t'u	ጢ ti	ጣ t'a	ጤ t'e	ጥ t'e	ጦ t'o	ጠ T. Æth.
28	T'shait	ጠ t'sha	ጡ t'shu	ጢ t'shi	ጣ t'sha	ጤ t'she	ጥ t'she	ጦ t'sho	ጠ Tsh.
29	P'ait	ዐ p'a	ዑ p'u	ዒ p'i	ዓ p'a	ዔ p'e	ዕ p'e	ዖ p'o	ዐ P. Æth.
30	T'zadai	ዐ tz'a	ዑ tz'u	ዒ tzi	ዓ tza	ዔ tze	ዕ tze	ዖ tzo	ዐ Tz. Æth.
31	T'zappa	ዐ tz'a	ዑ tzu	ዒ tzi	ዓ tza	ዔ tze	ዕ tze	ዖ tzo	ዐ Tz. Æth.
32	Af	ረ fa	ሩ fu	ሪ fi	ራ fa	ራ fe	ራ fe	ራ fo	ረ F
33	Pfa	ተ pa	ቲ pu	ቲ pi	ታ pa	ቲ pe	ቲ pe	ቲ po	ተ P

Apostrophus ad litteram K' & reliquas peculiarem denotat pronunciationem.

Sequuntur *Diphthongi*, certis tantum literis & ordinibus, quibus suppositæ sunt, competentes.

	1. Ord.	3. Ord.	4. Ord.	5. Ord.	6. Ord.
1.	ቀ k'ua	ቁ k'ui	ቃ k'ua	ቄ k'ue	ቅ k'ue
2.	ሀ hua	ህ hui	ሃ hua	ሄ hue	ህ hus
3.	ከ kua	ከ kui	ከ kua	ከ kue	ከ kue
4.	ገ gua	ገ gui	ገ gua	ገ gue	ገ gue

CAP. II.

De Figuris literarum.

I **F**igura literarum, ut vides, merè sunt Æthiopicæ, septem Amharicis auctæ; quarum valor in prisca *Axumitarum* lingua non reperitur. Ideò characteres priscos certis apicibus vel uncinulis signare voluerunt, quo novum eumque affinem valorem exprimerent; ex. gr. Æthiopicum **ሰ**: S. **ሀ** Sin. apicibus notarunt hoc modo **ሰ**: ut fieret **ሀ** *Shin*. Sic ex **ኘ**: N. fecerunt **ኘ**: ñ *Hispanicum*, Gn. Italicum, & ita porro.

Sed ut verum fateamur, nonnullis bene carere potuissent, quia, ut nobis videtur, **ሰ**: Axumitarum olim habuit valorem **ሀ**. Ergò apicibus istis non opus habuissent. Eadem ratio est literæ **ኘ**: Germ. & Polon. **ch**. pro qua frustra repererunt **ኘ**:

2 Cæterum observo, Habessinios in pingendis literis Amharicis inter se nondum satis convenire; nam in *fragmentis Amharicis Bibliotheca Seguieriana* **ሠ**: Amharicum seu **ሠ**: Æthiopicum hoc pacto variatum & per septem ordines depictum reperi:

ሠ: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**:

Deinde pro **ኘ**: vel **ኘ**: reperi **ኘ**: Pro **ኘ**: sexti ordinis, in dictis fragmentis reperi **ኘ**: ut cum Gregorius scripsit **ኘኘኘ**: *Otiosus*, ibi **ኘኘኘ**: reperitur; & sic in aliis aliter. De quibus infra cap. VII. de *Orthographia Amharica* pluribus dicitur.

3 Præter characteres istos verè Amharicos, quos in præcedente Syllabario Lectoribus dedimus, Gregorius quoque mihi sequentes *peregrinos* dedit, in peregrinis tantùm vocibus, præsertim *Europæis* usitatos, veluti:

ሠ: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**:
Mja. Mju. Mji. Mja: Mje. Mje. Mjo.

Quamvis nesciam quem usum hæc figura habeat, nullum enim unquam vocabulum illâ scriptum reperi. Nec in ulla lingua Europæa valor iste reperitur, nisi forte apud *Polonos*, qui tale M. liquidum habent, & puncto superno notant hoc modo: **ḿ**. at nullum planè cum iis commercium habuit Gregorius.

4 Alia ratio est sequentium characterum, quibus Gregorius *valores Italicos* exprimere solebat, ut V. *Vau* per **ሠ**: *Bet* uncinulis notatum hoc modo:

ሠ: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**:
Va. Vu. Vi. Va. Vē. Vē. Vo.

Exempli gratia *Venetia* scribebat **ሠሠH.P**: *Venezia*; Ubi simul nota, quod Z. *Lombardicum*, **ḿ** *Germanicum*, & C. *Polonicum* exprimere nequeant, ac ob id per **H**: Z. *Gallicum* malè fati reddant.

5 **ሠ**: apice notabat modò sequente: L. *liquidum* Grammatici quidam vocant. *Itali* per **gl**. exprimunt. *Galli* per duplex **ll**. in voce *Fille*. *Hispani* simpliciter per duplex **ll**. *Lusitani* per **lh**.

veluti: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**:
Hispan. llä. llu. lli. llā. llē. lle. llo.

Exempli gratiâ Italicum *Voglio* Latin. *Volo*. Gregorius scribebat **ሠሠ**:

Figuras numericas reperies infra apud adjectiva numeralia.

CAP. III.

De Potestate Literarum.

I **D**e valore & pronuntiatione Æthiopicarum literarum tam consonantium quàm vocalium, in Grammatica nostra Æthiopica satis diximus. Quatuor illæ **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: **ሠ**: seu **ሠ**: prolatu difficillimæ, non nisi auditu disci possunt. Novi qui accesserunt characteres, ad valores Amharicæ Linguae significandos, hic à nobis exponentur.

2 **ሠ**: est **ሀ**. *Hebraicum*, **ሠ**. *German.* **ch**. *Gallicum*. At nos in exprimendo hujus literæ valore

Lib. I. cap.
IV. & V.

valore Sh. *Anglorum* retinuimus, ex gr. Ϡ ϣ : Showa. Nomen Regni est. *Gall.* Choa, *Lusit.* Xoa.
 Ϡ : nō fallor est *Bohemorum* T. liquidum: T *Hungarorum* cum appposito Y. quod quidem 3
 non auditur, nec syllabam efficit, sed tantū T. emollit, ut in monosyllabo Tyuk *Gallina*, quod 4
Amharicè scriberetur Ϡ ϣ : *Germ.* Ϡ ϣ .

Ϡ : Valor est *gn.* Italis & Gallis notissimus. Hispanis nō con tilde, ut vocant: Germanis pin-
 guior sonus est quā n. ut: Ϡ ϣ : Nos: *Egnā* Gallis, non *Enja* Germanis.

ϣ : est Ϡ *Hebr.* Ϡ *Arabicum.* Ϡ *Germanicum* ante a. o. u. necnon *Polonorum* & *Bata-* 5
vorum Ϡ ϣ . At *Anglis*, *Gallis* & *Italis* valor est ignotus. Sed ipsi *Habessini* hanc literam ϣ : cum
 Ϡ : in scriptura saepe confundunt; Nam differentia in prima & secunda Præteritorum Ϡ ϣ :
 & Ϡ ϣ : vix auditur, nec sonus differt, nisi in vocalibus. Promiscuè enim scribunt Ϡ ϣ
 Ϡ ϣ : & Ϡ ϣ : *Si*. Igitur hanc novā literā carere potuissent, ut supra dictum, nam Ϡ ϣ :
 Ϡ ϣ : *Sennaj cheder*: Gregorius scripserat: *Sennaj hader*: Ϡ per ϣ *Germanicum* effe-
 rendo.

Ϡ : est *Gallorum* J in voce *Jour* dies, vel illorum g. ante e. & i. *Polonicum* Ϡ . quod multo 6
 lenius sonat, quā *Germanorum* Ϡ .

Ϡ : Ut mihi videtur est *Bohemorum* d. liquidum in voce *sed*. Lat. *sede.* & *sed* *Murus.* & 7
 Ϡ : *Potus.* Bohemicè legendum *ced*. Germanus scriberet *Sedj* / *sed* parū appositè.

Ϡ : vix describi potest, nec sui similem in aliis Linguis habet. Est enim Ϡ : cum sibilo li- 8
 tera Ϡ . Sh. proferendum, quasi Ϡ . *Polon.* *tsch* *Germanicum* in voce *Teutsch*; sed cum reper-
 cussione quadam nobis planè insolita.

CAPUT IV. De Divisionibus Literarum.

L Itera hīc, ut in aliis Orientalibus Linguis, dividuntur *Primò* secundum Organa in 1

Dentales Ϡ : ϣ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ :

Gutturales Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ :

Labiales Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ :

Linguales Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ :

Palatinas. Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ :

Ex his *Gutturales* in hac Lingua, pariter ac in *Æthiopica*, varios in Grammatica pariunt ef-
 fectus, ut suō locō docebitur. *Verba* autem, quæ talem literam in una vel altera radicali habent,
 nos vocamus *Gutturalia*.

Linguales & Palatinæ subdividuntur in *cognatas* & *extraneas*. Cognatæ Linguales sunt Ϡ : 2
 Ϡ : & Ϡ : Extraneæ verò reliquæ. Cognatæ Palatinæ sunt: Ϡ : Ϡ : & Ϡ : Extraneæ verò Ϡ :

Deinde distinguuntur in radicales & serviles. *Radicales* possunt esse omnes; at *serviles* sunt 3
 interdum sequentes, æque ac apud *Æthiopes*: Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ :
 Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Ϡ : Reliquæ nunquam fiunt serviles.

Porro quoad pronunciationem *litera sexti ordinis* dividuntur in *sonantes* & *mutas*. *Sonan-* 4
tes sunt, quando vocalis earum, E. scilicet *fæmininum* Gallorum, profertur & auditur: *Muta* verò,
 quando prorsus quiescit. Cujus divisionis usus cernitur Canone I. & alibi,

CAPUT V. De Potestate & Quantitate Vocalium, nec non Diphthongorum, earumque lectione.

P Otestas & quantitas vocalium eadem prorsus est quæ in Lingua *Æthiopica*, & iisdem ferè 1
 regulis comprehenditur. Nam *primi ordinis* vocalis legitur ut A. *Anglicum*, & *Germani-*
cum, & E. *Belgicum*, sed obscurissimè.

Secundus ordo per U. *Germanicum*, *Italicum*, & Ou. *Gallicum* exprimitur.

Tertius per I. clarum.

Quartus per A. longum; ut all. *Anglorum*.

Quintus per E clarum, seu ut *Tzere* *Hebræorum*. E. *masculinum* Galli vocant, seu é ac- 3
 centu notatum; idque semper, quamvis accedat consonans muta, ut: Ϡ Ϡ : quod *Jaréd* le-
 gendum non *Jaréd*, ut vulgò.

De

- 4 De sexto ordine, præter ea, quæ in Grammatica nostra Æthiopica docuimus, bene notandum, quòd exactè referat sonum τ̄ E. *Fœminini* Gallorum in vocibus *que, se, ne, me, de, ce,* &c. At apud Gallos hîc valor in monosyllabis in vocalem desinentibus occurrit; Apud Habessinios verò integra vocabula in consonantem finientes, & syllabæ hoc solò sonò constantes dantur, ex. gr. ጥፋሠከት: quod Gallus rectè legerit: Tè-fè-sè-hèt per e. *sum fœmininum*, observatis modò regulis pronounciationis, ut dicas Tèf-sèht. De cæteris Lectorem ad Grammaticam nostram Æthiopicam remittimus, libenter fatentes, difficillimam esse hujus Linguae lectionem, acque pronounciationem valdè obscuram, nec nisi auditu, ipsòque usu accedente accuratè disci posse.
- 5
- 6 *Quantitatis* ratione *primus* & *sextus* ordo tantùm *brevis* est, reliqui quinque *pròducuntur*, ut in Æthiopica Lingua. Unum ergò vel alterum ordinem intelligimus, cum *Vocalem longam* nominamus.
- 7 *Diphthongorum* eadem est ratio & pronounciatio ac in Lingua Æthiopica.

CAPUT VI. De Accentu

PAUCA admodum Lectori tradere possumus, nunquam enim cum Gregorio nostro Amharicè confabulati sumus. Verborum singularium pronounciationem ex eo audivimus sequentem:

- 1 In *Præterito*. Prima radicalis tertiæ personæ masculina tonum habet, ut ፈተን: *Fátana*. ለተን: *Afátana*. ተፈተን: *Tafátana*. ለበተን: *Asfátana*. At Tertia fœminina in ultima tonum habet, ut ነበረች: *Nabaràtj*. ፈተንች: *Fatanàtj*.
- 2 Utraque secunda *Præteriti*, ut & prima persona, in secunda radicali tonum habet, ut ነበርክ: *Nabàrch*. ነበርክ: *Nabàrsh*. ነበርኩ: *Nabàrchue*.
- 3 Personæ plurales in ultima syllaba tonum habent, ut ነበሩ: *Nabarà*. ነበሩትኩ: *Nabaràtjich*. ነበሩን: *Nabarèn*.
- 4 *Præsens* per omnes personas in fine tonum habet.
Futurum in prima radicali tonum habet, exceptà secunda singularis fœminini, & pluralibus in *u*. desinentibus, quæ tonum habent in ultima.
Subjunctivus in prima syllaba tonum habet, exceptis personis in *i*. vel *u*. desinentibus.
Participium Futuri tonum sequitur. In genere nota, Primam radicalem plerumque tonum habere, nisi vocales longæ *i*. & *u*. illum ad se trahant. Cætera usus docebit.

CAPUT VII. De Geminacione Literarum.

- 1 **G**EMINATIONEM literarum Hebræi per *Dagesh*: Arabes per *Teshdid* suum indicant; at Æthiopes nullam talem notam habent, ea igitur usu & rationibus addiscenda est. Gregorius per () eam indicaverat, hoc modo ሙፊ: *Doluit*. Ego per *Teshdid* Arabum hoc modo ሙፊፊ: *dolet*, significare volui, de qua sequentes observari possunt regulæ:
- 2 I. *Litera elisa sequentem geminat*; quod fit (1.) concurrente *simili* vel *cognata* in verbis alteram radicalem geminantibus, secundum Can. I.
(2.) In *Præsenti*, *Futuro* & *Infinitivo Passivorum*, accedentibus servilibus formativis, quæ characteristicam ጥ: expellunt, prout docemus in Can. II.
- 3 II. *Media radicalis verborum passivorum tertiæ conjugationis geminatur*; ut: ተፈተን: *Tafattana*. Probatum fuit ጥፋፋለ: *Takabbala*. *Acceptit*, & ita porro.
- III. In vocibus nonnullis, usu & sermone discendis.

CAPUT VIII.

De Orthographia Linguae Amharicæ, & vitiis quæ contra eam committuntur.

A 3

Quod

Lib I. cap. VIII. & IX.

Quod inter omnes gentes usu venit, ut prius, quam inter viros doctos de Orthographia con-
veniat, linguæ diversimodè scribantur; quod antiquissimis temporibus vernaculis Euro-
pæ, imò ipsi linguæ Latinæ contigit, ut cum olim *Lecio* scriberetur pro *Legio*. *Macestra-*
ius pro *Magistratus*. *Tricenta* pro *Triginta*, &c. Idem hîc contingere videmus. Nam potius elo-
cutionem quàm analogiam in scribendo secutus fuit Gregorius. Quæ literæ pronunciando ab-
sorbentur, eas scribendo omisit; cùm tamen illas analogiæ & etymi cognoscendi causâ retinere
debuisset.

Inprimis *Gutturales U: h: z: k: & O:* talem cacographiam inducunt. Nempe cùm
præformativa h: vel prima radicalis in Præsenti vel Futuro omittitur, & per literas *h̄t̄ez̄:*
absorbetur, ut:

h̄ōz̄āh̄: } pro { *h̄h̄ōz̄āh̄:* Credo.
h̄h̄z̄āh̄: } *h̄h̄h̄z̄āh̄:* Displicet mihi. *h̄* malè omisso.
h̄h̄z̄āh̄: } *h̄h̄h̄z̄āh̄:* Displicet tibi.
ph̄z̄ā: } *ph̄h̄z̄ā:* Displicet illi.

Imò & *præformativa & prima radicalis* gutturalis simul nonnunquam eliditur, ut:

h̄āōp̄ō: } pro { *h̄āh̄ōp̄ō:* Non novi.
pēt̄h̄: } *pēh̄t̄ōh̄:* Qui non patiens est vir.
i. e. Impatiens.

adeò, ut cùm vides vocalem longam in servilibus literis, putes latere literam *h̄:* vel aliam gut-
turalem, ut: *pāh̄:* qui es, pro *phāh̄:* Luc. XI, 2. Idem contingit in *Pronominibus*, ut
Can. IV. dicitur.

In *Particulis*, tam *Adverbiis* quàm *Præpositionibus* dupliciter peccatur, cùm non tantùm gut-
turales absorbentur, sed illæ etiam cum verbis in unum vocabulum combinantur; ut: *h̄z̄p̄p̄*
z̄t̄h̄: pro *h̄z̄p̄: h̄p̄z̄t̄h̄:* Sicuti feci. Et sic tam literæ *h̄t̄ez̄:* quàm particulæ ab-
sorbent gutturales sequentes, quod antequàm animadverterem, non parum negotii mihi facessit.

Antistæchon, aliàs *Antithesis*, hîc quoque occurrit; cum videlicet unum elementum pro
altero ponitur, ut cum pro *ōōz̄t̄:* Venire, dicitur *ōz̄t̄:* à *ōz̄:* Venit. Æth. *ō*
z̄h̄:

ōt̄h̄ā: Plantare. } pro { *ōt̄h̄ā:* à *t̄h̄ā:* Plantavit.
ōt̄h̄t̄: Delere. } *ōt̄h̄t̄:* ab *h̄m̄z̄:* Delevit.

Nisi negligentia librarii intervenerit, veluti cum *t̄h̄ā:* Hortus alibi scribitur *t̄h̄ā:* vel
cum ipse Gregorius *h̄:* secundæ confundit cum *h̄:* primæ personæ Præteriti. Nam pro *h̄p̄*
p̄h̄āz̄: Misisti mihi, scripsit *h̄p̄p̄h̄āz̄:* Misi mihi. Epist.

Denique datur etiam vitiosa *metathesis* vocalium, ut in lingua Æthiopica, nam pro *t̄ōz̄*
h̄z̄: Commendavit semet, reperitur *t̄ōz̄h̄z̄:* & ita porro.

CAPUT IX.

Canones & regulæ quædam generales, in di- versis orationis partibus utiles.

Can. I.

Litera sexti ordinis muta à simili vel cognatâ sequente eliditur,
Lista verò in pronunciando geminatur, ut:

h̄ōp̄āh̄: Amo. } pro { *h̄ōp̄p̄āh̄:*
h̄ōp̄: Amabo. } *h̄ōp̄p̄:*

Quin & due sæpe voces in unam coalescunt, ut:

ōz̄ō: quis est? } pro { *ōz̄: z̄ō:*
ōz̄ō: quid est? } *ōz̄: z̄ō:*

Can. II.

Litera *t̄:* sexti ordinis muta in verbis eliditur, etiam non se-
quente simili vel cognata; ut: *ōt̄t̄:* Dormire, pro *ōt̄t̄t̄:* à verbo *t̄t̄:*
Dormivit. Regulariter autem eliditur *characteristica t̄:* passivorum tertiæ conjugationis,
præformativis in *Præsenti. Futuro & Infinitivo* accedentibus, ut:

h̄z̄

$\aleph\aleph\aleph\aleph\aleph\aleph$: } $\aleph\aleph\aleph\aleph\aleph\aleph$: Probor.
 $\aleph\aleph\aleph\aleph$: } pro $\aleph\aleph\aleph\aleph$: Probabor.
 $\aleph\aleph\aleph\aleph$: } $\aleph\aleph\aleph\aleph$: Probari.

Sic: $\aleph\aleph\aleph\aleph$: pro $\aleph\aleph\aleph\aleph$: Colloqui.

Excipe

Verba primam radicalem gutturalem habentia, quam ipsa characteristica **T**: absorbet, ut infra Can. IV. & V. dicitur.

Can. III.

Diphthongus radicalis, sicut in Lingua Æthiopica, ita \aleph hic per ordines congruos in omnibus temporibus verborum analogicè variatur; ut:

$\aleph\aleph\aleph$: Secuit. $\aleph\aleph\aleph$: secare
 $\aleph\aleph\aleph$: Ad S. Cœnam iuit. $\aleph\aleph\aleph$: sacra synaxi uti.

Talia autem verba nos vocamus Diphthongata.

Can. IV.

Alf primi vel sexti ordinis à precedente litera in pronunciatione simpliciter absorbetur; at cacographiam esse putavi, si id fiat scribendo, ut capite precedente dictum.

$\aleph\aleph\aleph\aleph$: } $\aleph\aleph\aleph\aleph$: Consentiens ego.
 $\aleph\aleph$: } $\aleph\aleph$: mihi.
 $\aleph\aleph\aleph$: } pro $\aleph\aleph\aleph$: tibi.
 $\aleph\aleph\aleph$: } $\aleph\aleph\aleph$: illi.
 $\aleph\aleph\aleph$: } $\aleph\aleph\aleph$: vobiscum.

Can. V.

Gutturali, primi vel quarti ordinis, ob celeritatem pronunciationis excidente, precedens litera in quartum transfertur ordinem; quamvis & hoc Orthographiæ vitio contingere putem.

$\aleph\aleph$: } $\aleph\aleph\aleph$: Visus fuit. à Rad. $\aleph\aleph$: Vidit.
 $\aleph\aleph\aleph$: } pro $\aleph\aleph\aleph$: Vides.
 $\aleph\aleph\aleph$: } $\aleph\aleph\aleph$: Dicere.

Ut mendas librariorum taceam, veluti cum pro $\aleph\aleph\aleph\aleph\aleph\aleph$: Non es lassus. scribitur $\aleph\aleph\aleph\aleph\aleph\aleph$:

Can. VI.

Litera \aleph : sexti ordinis, si à precedente litera ejusdem ordinis absorbeat, compensatur vocali \aleph , ut:

$\aleph\aleph\aleph\aleph$: pro $\aleph\aleph\aleph\aleph$: consentiens ille.

Idque in tertia persona Participii perpetuum est. Idem contingit in tertia persona Futuri, ut: $\aleph\aleph\aleph\aleph$: pro $\aleph\aleph\aleph\aleph$: Si petierit eum. vel ab eo. Luc. XI, 12.

Can. VII.

Fœmininorum terminatio tam in verbis, quàm in nominibus \aleph pronomibus, est \aleph : ut:

$\aleph\aleph$: audivit (vir.) $\aleph\aleph\aleph$: audivit fœmina.
 $\aleph\aleph\aleph$: Unus. Quidam. $\aleph\aleph\aleph\aleph$: Una, Quedam.
 $\aleph\aleph\aleph$: Tu (vir.) $\aleph\aleph\aleph\aleph$: Tu (fœmina.)

GRAM.

GRAMMATICÆ AMHARICÆ

LIBER SECUNDUS,

DE

ETYMOLOGIA.

Et quidem primùm
DE VERBO.

CAPUT I.

De Verbo in genere.

DE *Verbis* prius agemus, quàm de *Nominibus*, *Orientalium* linguarum more, quibus **1** *verbum* pro *Radice* est. At hîc non solum *verba trium*, vel *quatuor radicalium* reperiuntur, sed etiam *duarum*, quod huic linguæ peculiare est. Id autem contingit omnibus *verbis*, quorum *ultima radicalis* in lingua *Æthiopica* est *gutturalis*, ut:

ፀፀ:	} à	ፀፀአ:	Egressus est.
ሰፀ:		ሰፀሀ:	Audiuit.
ፀፀ:		ፀፀአ:	Venit.
ሰላ:		ሰላሀ:	Edit.

ፈፈ: reperitur pro ፈፈ: à ፈፈሀ: Timuit.

Ut & nonnullis in **P**: desinentibus, ut:

ሐሸ:	} à	ሐሸፆ:	Fricuit.
ሰፈ:		ሰፈፆ:	Consuit.
ላሸ:		ላሸፆ:	Rasit.

Plura reperies infra cap. XII.

Verbis accidunt quatuor:

1. *Qualitas.*
2. *Conjugatio.*
3. *Inflexio.* cap. 4.
4. *Figura.* cap. 16.

Qualitate verbum est vel *perfectum* vel *imperfectum*. Illud *radicales* suas per omnia tem- **2** *pora* retinet: Istud *unam* vel *alteram* earum secundum *certas* regulas amittit. Id verò contingit cum *secunda* *radicalis* *tertiæ* similis est. Talia *verba* *Grammatici* *Geminantia* vocant, *Arabes* *Syr- da*, de quibus agimus infra cap. XI. At quæ *primam* *radicalem* *secundæ* similem habent, *can- lum* *defectum* patiuntur; ut ፈፈላ: *Coxit.* ፀፈፈላ: *Coquere.* Præterea *pauca* *quædam* dan- tur *planè irregularia*; sicuti infra C. xviii. docebimus.

Conjugationes in *Amharica* *Lingua* *quatuor* tantum deprehendi, tam *trilateris*, quam *quadri- 3* *literis* & *biliteris* competentes. *Trilatera* *verba*, *sequentium* sunt *formarum*:

1. ፈፈፈ: *Examinavit, probavit.*
2. አፈፈፈ: *Examinare fecit, probari curavit.*
3. ፈፈፈፈ: *Probatum fuit*; mediâ *radicali* per *Teshdid* *geminatâ*.
4. አፈፈፈፈ: *Verbum* *hoc* *formæ* *tantum* & *exempli* *causa* *apponitur.* Nondum

enim *reperi* *verbum* *in* *istis* *quatuor* *Conjugationibus* *usitatum.* Porro *notandum*, *plures* *qui- 4* *dem* *unius* *eiusdemque* *conjugationis* *formas* *dari*, *eas* *tamen* *neque* *inflexione* *neque* *signifi- catione* à *se* *invicem* *differre*, *ideoque* *Conjugationes* *multiplicare*, *consentaneum* *nobis* *visum* *non* *fuit.*

Prima *Conjugatio*, quæ *simplicissimum* *thema* *continet*, *sub* *se* *complectitur* *verba* *prima, 5* *secunda* & *tertia* *Conjugationis* *Æthiopica*, nisi quòd *primæ* *Conjugationis* *forma* *mutetur*; nam pro ፈፈሀ: *Amharicè* *dicitur* ፈፈሀ: *Regnavit.* At *reliquæ* *formæ* *manent*, veluti ፈፈላ: *Fu- it.* *Mansit.* ፈፈላ: *Benedixit.* Huc quoque *pertinent* *verba* *diphthongata*, ut ፈፈላላ: *Us- sit, adussit.* At ፈፈላላ: *Pastinavit*, cum *vocali* *septimi* *Ordinis*, *contractum* *puto* *pro* ፈፈላላ: *atque* *pertinere* *ad* *quadrilatera* *contracta.*

Secun-

- 5 *Secunda conjugatio* complectitur verba quarta & quinta conjugationis Æthiopica, quæ de- Lib. II
rivantur à prima, præmissis Ḁ: Characteristico; eaque hîc unius tantum formæ sunt, nempe ḀḶ cap. I & II
ḶḶ: cui sese accommodant verba Æthiopica; ut ḀḶḶḶ: *Baptizavit*, pro ḀḶḶḶḶ:
Sic ḀḶḶḶḶ: pro ḀḶḶḶḶ: *Sacram cœnam præbuit* (alicui Sacerdos.) Amharica sunt: ḀḶḶḶḶ:
7: *Fecit*. ḀḶḶḶḶ: *Accepit*. ḀḶḶḶḶ: *Visit*. ut & nonnulla vocali longâ prædita, ut ḀḶḶḶḶ:
Commiscuit. ḀḶḶḶḶ: *Collegit*. ḀḶḶḶḶ: *Piscatus est*.
- 6 *Tertia conjugationis* Characteristica est litera Ḷ: quæ radicalibus primæ & secundæ
conjugationis præmittitur. Continet autem verba sexta, septima & octava conjugationis Æthio-
pica, exceptâ formâ ḶḶḶḶ: nam pro ḶḶḶḶ: dicitur ḶḶḶḶ: *Crucifixus fuit*: Pro
ḶḶḶḶ: *Natus fuit*. ḶḶḶḶ: pro ḶḶḶḶ: *Maledictus fuit*. ḶḶḶḶ: Sic ḶḶḶḶ:
ḶḶḶḶ: *Sedit*.
- 7 Ex Æthiopica lingua remanent verba ḶḶḶḶ: *Benedictus fuit*. ḶḶḶḶ: *Locutus est*.
Qualia etiam dantur Amharica; ut ḶḶḶḶ: *Cubitum ivit*. ḶḶḶḶ: *Lusit*. Et Diphthonga-
ta: ḶḶḶḶ: *Pexuit se*. ḶḶḶḶ: *Adustus fuit*.
At Æthiopica gutturalia variant, ut: ḶḶḶḶ: *Didicit*, à ḶḶḶḶ: nisi verbum hoc
inter Amharica quadrilitera referre malis. ḶḶḶḶ: *Mutuo accepit*. à ḶḶḶḶ:
- 8 *Quarta conjugationis* characteristica est syllaba ḶḶ: radicalibus præmissa, veluti: ḶḶḶḶ:
ḶḶḶḶ: *Fieri fecit*. ḶḶḶḶḶḶ: *Sedere fecit*. *Deposuit*. ḶḶḶḶḶḶ: *Abbreviavit*.
Eaque sub se continet verba decima conjugationis Æthiopica; sed apprime notandum, quod
verba à sexta conjugatione Æthiopica derivata, Characteristicam ḶḶḶḶ: integram retineant.
Ex. gr. à ḶḶḶḶḶḶ: fit Amharicè ḶḶḶḶḶḶ: *Latificavit*. à ḶḶḶḶḶḶ: *Didicit*, fit ḶḶḶḶḶḶ:
ḶḶḶḶḶḶ: *Docuit*. à ḶḶḶḶḶḶ: fit ḶḶḶḶḶḶ: *Respiravit*. In Amharicis verò characteristica
tertiæ conjugationis Ḷ: eliditur.
- 9 Tantum de trilateris: sequuntur quadrilitera, quæ sunt formæ ḶḶḶḶḶḶ: *Testatus est*.
ḶḶḶḶḶḶ: *Examinavit*. Quam formam imitantur & Æthiopica, nam pro ḶḶḶḶḶḶ: *Interpre-*
tatus est, dicitur ḶḶḶḶḶḶ: Pro ḶḶḶḶḶḶ: *Clandicavit*. ḶḶḶḶḶḶ: Huc pertinent verba
alteram radicalem geminantia, in quibus actionem continuatam & repetitam ut plurimum ob-
servare mihi videor; ut ḶḶḶḶḶḶ: *Radere, scabere*. ḶḶḶḶḶḶ: *Circumvolvere*.
- 10 Peculiaris forma est verbi ḶḶḶḶḶḶ: *Corroboravit, refecit*, quod contractū puto pro ḶḶḶḶḶḶ: per
Canonem V. idq; colligo ex derivato ḶḶḶḶḶḶ: *Robustus, Validus*, sicut à trilateris Æthiopicis fiunt
bilitera, ut à ḶḶḶḶḶḶ: fit ḶḶḶḶḶḶ: *Audivit*. Cæterum totidem conjugationes habent ac trilatera.
- 11 *Secunda conjugationis* sunt verba ḶḶḶḶḶḶ: *Famulatus est*. ḶḶḶḶḶḶ: *Notavit*.
Æthiopicam formam retinent ḶḶḶḶḶḶ: *Commendavit*. ḶḶḶḶḶḶ: *Gratias egit*, pro Æthio-
pico ḶḶḶḶḶḶ: Peculiarem formam habet verbum ḶḶḶḶḶḶ: *Veniam abeundi dedit*.
- 12 *Tertia conjugationis* sunt: ḶḶḶḶḶḶ: *Collimavit*. ḶḶḶḶḶḶ: *Obambulavit*.
Quarta conjugationis: ḶḶḶḶḶḶ: *Clandicare fecit*.

CAP. II.

De Conjugationum Significatione & Potestate.

- 1 **I**N prima Conjugatione verba sunt tam activa quam neutralia; tam transitiva, quam intransiti-
va, æquè ac apud Æthiopes. Formas autem admittunt, quas paulò ante diximus.
- 2 In secunda Conjugatione verba sunt transitiva vel simpliciter, ut ḶḶḶḶḶḶ: *Fecit*. Vel du-
pliciter, ut à ḶḶḶḶḶḶ: *Examinavit*. fit ḶḶḶḶḶḶ: *Examinari curavit*.
- 3 In tertia conjugatione verba communiter sunt passiva, ab activis primæ & secundæ conjuga-
tionis derivata, ut: ḶḶḶḶḶḶ: *Examinavit*, ḶḶḶḶḶḶ: *Examinatus fuit*. ḶḶḶḶḶḶ: *Tentavit*, ḶḶḶḶḶḶ:
ḶḶḶḶḶḶ: *tentatus fuit*. Dantur tamen in ea etiam quædam Neutra, ut: ḶḶḶḶḶḶ: *Sedit*, as-
sedit; ḶḶḶḶḶḶ: *Cubitum ivit*. Nec non verba reciproca, quæ Latinè reciprocum *Se* poscunt, ut:
ḶḶḶḶḶḶ: *scabere semet*; & respondent quintæ conjugationi Arabum *جاء*, mediam enim ra-
dicalem per Teshdid seu Dages geminant.
- 5 Peculiarem significationem habet verbum ḶḶḶḶḶḶ: *Accepit alio dante*, quasi diceret:
Traditum illi fuit; implicitâ significatione passiva: atque sic differt ab ḶḶḶḶḶḶ: quod significat:
sua sponte sumpsit.
- 6 Quædam vocali longâ prædita actionem cum alio denotare videntur, ut verba Octavæ con-
jugationis apud Æthiopes, veluti: ḶḶḶḶḶḶ: *Lusit cum aliquo*. ḶḶḶḶḶḶ: *Confessus est peccata*
sua (sacerdoti) ḶḶḶḶḶḶ: Æth. *Collocutus est*.

B

Quar-

Lib. II.
c.III.

Quarta conjugationis verba omnia *transitiva* sunt, eaque vel *simpliciter*, si primitivum sit intransitivum, ut: **ተዋወጠ**: *Sedit*. **አስዋወጠ**: *sedere fecit*, vel *deposuit*. Vel *dupliciter*, si primitivum sit transitivum; ut: **አዳረገ**: *Fecit*. **አስዳረገ**: *Fieri fecit*: vel *effecit ut alius aliquid faceret*.

CAP. III.

De Modis & Temporibus Habessinorum
eorumque significatione & usu.

Modos quatuor habent, ut multæ aliæ linguæ, videlicet: *Indicativum*, *Optativum* vel *Subjunctivum*; *Imperativum* & *Infinitivum*.

Tempora verò tria: *Præteritum*, *Præsens* & *Futurum*; quæ quidem in *Indicativo* occurrunt, in reliquis autem Modis præsens tantum. Porro tempus habent, Participio nostro respondens, quod propterea *Participium* vocamus. De quo infra pluribus agetur.

Tempus *Præsens* à *Futuro* distinctum quidem habent, ut ex Paradigmate liquet. Gregorius tamen passim pro *Futuro* posuit; ut in hac formula: **አንድ፡ ተቻለ፡ አዳርጋለኝ**: *Quantum possibile fuerit faciam*. **ይህን ወሰደ**: *Dabit ei*. Luc. XI, 8. 9. & seqq. **ከዚህ ላይ**: *Inde veniet* (ut) *judicet*, &c. Symb. Apost. art. 2. Et vicissim *Futurum* pro *Præsenti* in enunciatione negativa: ut **አይገርግም**: *Non timet*. Sic **ለብ፡ አልአገዝም፡ ነገራችኛ**: *Non intelligo sermonem vestrum*.

አልአሀወቅም: *Non novi*.

አይበቃም: *Non sufficit*.

አይወድም: *Non amat*.

ለምን፡ አትስተምህረኝ: *Quare non docetis me?*

Tam incerta apud Orientales sunt ista tempora.

Præteritum imperfectum Latinum exprimentur adhibito verbo auxiliari **ነበረ**: *Fuit*. sicuti **ጸሎት** **ሀለወ**: & Syri **לוי** *Fuit*: ut **ተከለሰ፡ ነበረ**: **ተከለሰ**: quod nobis mire sonaret: *Vult fuit tingat*. i. e. *Volebat tingere oculos sibi*.

At *Præteritum Imperfectum Optativi*, quod *Æthiopicè* exprimitur per **አም**: hinc effertur litera **ባ**: personis *Præteriti* præfixa, ut: **በወደደኝ**: **አሀወቅ**: *Optarem scire*. *Æthiopicè* **አምረተኛ**: **አአምር**: Gall. *Je voudrais savoir*.

Participium, seu potius *præsens Participii*, prorsus peculiare habent, quod nos statim post *Futurum* retulimus, quia ex illo per *Prosthesis* syllabæ **ም**: componitur, ut: **ምዳልኝ**: pro **ምዳልኝ**: *Respondens*. Luc. XI, 7. Plura habes in Notis ad Paradigma. At in prima tantum Conjugatione mihi occurrit. In reliquis nullum adhuc exemplum vidi.

Subjunctivum vel potius *Subjunctivi Præsens* habent

(1.) *Verba ab Æthiopicis desumpta*; ut:

አትፋረ: *Ne timeas*. *Æth.* **አትፋረህ**:

አትርሳ: *Ne obliviscaris*. *Æth.* **አትርሳህ**:

(2.) *Verba secunda conjugationis*; nam ab **አዳረገ**: fit **ዳርገ**: *Faciat*.

(3.) *Amharicanonnulla*; ut **አስደ**: *Dabo*. **አስደ**: *Dem*.

In reliquis verbis *Subjunctivus* similis est *Futuro*, maximè in illis quorum *prima radicalis* est *gutturalis* vel *Ordinis quarti*, & ob id nullam variationem admittit; quam ob rem non nisi ex sensu & particulis dignoscitur; ut **አትተወን**: *Ne finas nos*, à verbo **ተወ**: *sevit*. Luc. XI, 4.

Futurum Subjunctivi effertur inserta particula **ባት**: ut à **ከዚህ ላይ**: fit **ከዚህ ላይ ባት** **ም**: *Et qui ierit*. Luc. XI, 5.

Imperativus secundam tantum singularis & pluralis numeri personam habet; reliquas à *Futuro*, vel *Subjunctivo*, si detur, mutuatur. At in oratione negativa omnes personæ à *Subjunctivo*, vel eo deficiente, à *Futuro* petuntur. Caterum ut in reliquis linguis non *jubendi* tantum, sed & *monendi*, *hortandi* & *rogandi* vim habet. Ubi nota, cum honoratoribus in *plurali* agi, cum vilioribus famulis & juvenibus in *singulari*, ut in fine *Gram.* de loquendi formulis dicitur.

Infinitivus cum affixo æquè ac apud *Æthiopes* *Participio* nostro respondet; ut: **ተናገረ**: *loquens ego*, id est: *dum loquor*, seu *in loquendo me*. **በከተር**: **አስረኝ**:
i. e.

i. e. **ሰሐጸር**: **ጸሐጸኑ**: (Tu) *brevibus scribens, seu dum breviter scribis.* **ዘዮረኸ**: Lib. I l. c. IV.
 i. e. **ዐጠኸ**: *Incipiens (tu;) seu dum incipis (fœmina) Carm. Greg. 4.*

Est enim postpositiva, ut diximus.

አከከ: Idem. Ital. Accio. Uuff daß.

አንደ: አ: Æth. ከፍ: አ: Ut non. Ne.

Particula servilis ዣ: adhærens Futuro, illativa videtur. Ideo, idcirco. Et quidem post 7
verba motus; ut: Dico vobis, si non surrexerit ዎከፍ: ideo, vel in hunc finem, ut det ei,
Luc. XI, 8. ዎጸል: ዎረርዎክፍ: Veniet in hunc finem, ideo, ut iudicet, vel iudicaturus. Symb.
Apost. art. 2. Plura vide Cap. I. n. 10. inter Adverbia composita. Nescio tamen, annon sit parti-
cula assèverandi: Utique, Certò. & adhibeatur de re certò futura, vel reverà existente, quod ali-
quando usus docebit.

CAPUT IV. De Interjectionibus.

DAntur quædam Interjectiones, quæ cum verbis conjunctæ, certam emphasim designant, ut:
ዎፍ: St! Gall. Paix, paix là. i. e. Silentium! ut: ዎፍ: ማለት: q. d. St! dicere. I
Quasi Gallicè efferres. Paix dire. i. e. silere. Mira proflus Metallage, qui enim filet nihil
dicit. Æthiopes talia vocabula habent, ut: አሆ: በሂል: Æth. Oho dicere, i. e. assentiri, obedi-
re, quod equis tribuitur Jac. III, 3.

Approbantis, vel Laudantis. አንከ: Æth. አንደፍ: Euge. አንከ: አተክ:
Bene venisti. Germ. willkommen!

Blandientis. ኘኘ: Eja.

Comminantis, vel Dolentis. ዎይ: ዎይ: Va, ve! ዎይ: አል: Va dixit, id est,
Planxit.

FINIS LIBRI QUINTI.

GRAM.

GRAMMATICÆ AMHARICÆ

Lib. VI.
Cap. I.

LIBER SEXTUS, DE SYNTAXI.

CAPUT I.

De Syntaxi Verborum.

Et quidem I. de Constructione Verbi cum Verbo.

- 1 **I**nfinitivus Latinus in constructione cum alio verbo hîc exprimitur per *Futurum*, ut: **በወደ**
ደግሞ: **አሁን**: **የወይን**: *Optarem, ut sciam.* **ይደርስ**: **አይደለም**: *Venire non potest.* q. d. *ut veni-*
at, non potest. Ubi Æthiopes communiter adhibent suum *Subjunctivum* cum ellipsi *Conjunctionis*
finalis **ከ**: *Ut*; veletiam *Infinitivum*, ut: **አይደለም**: **አይደለም**: *Vellem scire.*
- 2 Imperfonale negativum **አይደለም**: *Impossibile est*, modò construitur cum *Futuro*, ut mo-
do dictum, modò cum *Infinitivo*, ut: **አይደለም**: vel **ለማይደለም**: **አይደለም**: *Ut colloquar, vel col-*
loqui impossibile est mihi. **አይደለም**: **አይደለም**: *Ut dem tibi, non est possibile mihi.* Luc. XI, 7.
- 3 Verbum **ነበረ**: *Fuit.* cum *Futuro* conjunctum *periphrasim* efficit *Imperfecti*, ut: **ነበረ**
ከል: **ነበረ**: *Stibio se tingebat* fœm. Vide supra Lib. II. C. 3. n. 4. & seqq.
- 4 Verbum **ሰጠ**: *Fuit.* *periphrasin Futuri participialis* efficit, ut: **ሰጠ**: **ሰጠ**: *Dabit,*
erit, i. e. *Daturus est.* Luc. XI, 13. ubi Æthiopicè simpliciter extat **ሰጠ**: *Dabit.*

II. De Syntaxi Verborum cum Nominibus.

- 5 Verba activa regunt nomina primò in *Accusativo*, ut: Num **ሰጠ**: **ሰጠ**: *Lapidem.* **ሰጠ**
ሰጠ: *Serpentem.* **ሰጠ**: *Scorpionem.* **ሰጠ**: *Dabit ei?* Luc. XI, 11. 12. Alia nomina
invariata manent, ut diximus Lib. III. Cap. 7. n. 4. Quæ verò, vel quando, præcisè docere nondum
possumus. Nam idem verbum **ሰጠ**: *Dedit.* mox reperitur cum *Nominativo* **ሰጠ**: **ሰጠ**:
ሰጠ: *Bonum donum dare.* ibid. v. 13.
- 6 Ubi nota, quod terminatio *Accusativi* **ን**: verbo sæpiùs annectitur, sive nomen præcedat,
sive sequatur, ut: **ሰጠ**: **ሰጠ**: **ሰጠ**: *Quis pulsat portam?* pro **ሰጠ**: **ሰጠ**: **ሰጠ**
ሰጠ: Sic: **ሰጠ**: **ሰጠ**: **ሰጠ**: *Perficere quam quis cogitavit rem.* i. e. *Executio-*
ni dare. **ሰጠ**: **ሰጠ**: pro **ሰጠ**: **ሰጠ**: *Alium ne vis?* At in *Pronominibus*
id non observatur, ut: **ሰጠ**: **ሰጠ**: *Hunc ne vis?*
- 7 *Secundo*; more Æthiopico per *affixum tertie personæ*, sequente **ለ**: præfixo, ut: Johannes
sicut **ሰጠ**: **ሰጠ**: **ሰጠ**: *docuit eos discipulos suos.* Luc. XI, 1.
- 8 *Infinitivus nominascens* non tanquam verbum, sed tanquam nomen, more duorum *Substan-*
tivorum construitur in *Genitivo*, qui præcedere interdum solet, ut:

ሰጠ: **ሰጠ**: *Aratio terra.* i. e. *Arare terram.*

ሰጠ: **ሰጠ**: *Commodatio suppellectilis.*

ሰጠ: **ሰጠ**: *Plantatio plantarum.*

ሰጠ: **ሰጠ**: *Cithara vel tympani pulsatio.* i. e. *Citharam*
vel tympanum pulsare.

- 9 Quod si *Infinitivus* in *Genitivo* construendus sit, tunc notam istius casus, nempe literam **ሰ**:
assumit, ut: **ሰጠ**: *Acuere.* **ሰጠ**: **ሰጠ**: q. d. *acuitionis lapis.* id est *Cos.*
- 10 *Nomina propria locorum* sine præpositione cum *Verbis* construuntur, ut: **ሰጠ**: **ሰጠ**:
In Dembea est. nisi mendosum sit.
- Nomina* cum anomalo **ኛ**: *Sum* constructa, in *Plurali* sunt *invariabilia*, ut: **ሰጠ**: **ኛ**:
Ignorans sum: in *Plurali* **ሰጠ**: **ኛ**: **ኛ**: *Ignorans* (pro *ignorantes*) *sumus*, *estis* & ita
porro. Conf. supra Lib. III. Cap. VI. n. 4.

Syntaxin Verborum cum *Pronominibus* affixis quære paulo post Cap. III.

G

CAP. II.

CAPUT II.

De Syntaxi Nominum.

Substantivum cum Substantivo rei diverse in Genitivo, qui regulariter hîc præcedit, construitur, ut: $\text{P}\text{O}\text{P}\text{P}:\text{O}\text{Z}\text{N}\text{C}:$ Columnabasis. $\text{P}\text{O}\text{U}\text{P}:\text{N}\text{T}:$ Mensa conclave, i. e. Cœnaculum. $\text{P}\text{Z}\text{T}\text{W}:\text{A}\text{P}:$ Regis filius; quod in Lingua Æthiopica secus est, ubi dicitur: $\text{O}\text{A}\text{P}:\text{Z}\text{T}\text{W}:$ Filius Regis.

At nomen aëtoris id non observat; dicitur quidem: $\text{P}\text{O}\text{X}\text{h}:\text{N}\text{T}:$ fusculi conclave, i. e. Culina; & tamen $\text{O}\text{X}\text{h}:\text{N}\text{Z}:$ fusculorum preparator. i. e. Coquus. sine P : reperitur. Nota hîc, quæ de Infinitivo nominascente cap. præcedente diximus, n. 8.

Adjectivum & Substantivum, si in Genitivo ponenda sint, prius poscit præfixam Genitivi nominam P : ut: $\text{P}\text{h}\text{A}:\text{Z}\text{N}\text{C}:$ Omnis rei.

Dantur quædam Adjectiva, quæ affixa personalia ad significandas personas requirunt; veluti NT : Solus. Nam sicuti Æthiopicè dicitur: $\text{N}\text{h}\text{T}\text{T}\text{P}:\text{N}\text{h}\text{T}\text{T}\text{N}:\text{N}\text{h}\text{T}\text{T}\text{E}:$ ita Amharicè $\text{N}\text{T}\text{P}:\text{N}\text{T}\text{h}:\text{N}\text{T}\text{O}:$ Solus ego, solus tu, solus ille. Attamen etiam $\text{N}\text{T}:\text{h}:$ reperitur.

Interrogativum NZT : Quot? vel Quantum? simpliciter cum nominibus conjungitur, ut: $\text{N}\text{Z}\text{T}:\text{P}\text{Z}:$ Quot dies? $\text{N}\text{Z}\text{T}:\text{O}\text{O}\text{T}$: Quotus annus? vel Quot sunt dies, vel anni? $\text{N}\text{Z}\text{T}:\text{H}\text{O}\text{Z}$: Quantum temporis est?

Terminatio Accusativi Z : non tantum verbis, nomine suo relicto, ut supra c. I. n. 6. diximus, sed etiam affixis postponi amat, ut: $\text{N}\text{O}\text{N}\text{Z}$: Nomen tuum (Maria!) AAZ : Orationem suam. Luc. XI, 1.

Ablativus instrumentalis hîc effertur ope præpositionis N : ut: $\text{N}\text{O}\text{Z}:\text{h}\text{O}\text{O}\text{A}\text{h}:$ Quo (scil. instrumento) extraham?

Urbium nomina cum præpositionibus construuntur, ut: $\text{N}\text{C}\text{O}\text{P}$: Ex Roma; secus ac Latine, ubi dicimus Româ.

De Enallage numeri.

Enallage numeri, tam in nominibus quàm in verbis, hîc est frequentissima; ut: $\text{P}\text{A}\text{P}\text{A}:\text{h}\text{L}\text{Z}$: Capra (caprarum) pastor. Aliud exemplum habes supra cum verbo ZZ : Cap. I. n. 10. Sic $\text{Z}\text{M}\text{h}\text{T}\text{Z}:\text{Z}\text{Z}$: Peccator (pro peccatores) sumus.

Numeri Cardinales plurales cum Nominibus Singularibus conjunguntur, ut: $\text{h}\text{L}\text{T}:\text{N}\text{A}\text{A}:$ Quatuor (pars) partes. $\text{h}\text{L}\text{T}:\text{M}\text{O}\text{P}\text{O}$: Quatuor (elementum) elementa.

Periphrasis Adjectivorum apud Orientales frequentissima, etiam hîc per Genitivum Substantivi efficitur, ut: $\text{P}\text{O}\text{P}\text{C}:\text{O}\text{Z}\text{Z}\text{P}$: Terra via, i. e. ster terrestris. $\text{P}\text{N}\text{T}:\text{h}\text{Z}\text{N}\text{h}$: Domus animal, i. e. domesticum.

CAPUT III.

De Syntaxi Pronominum.

Casus obliqui relativi P : Qui, Quæ, Quod, videlicet Latine cujus, cui, quem, determinatur per suffixum O : ut: $\text{P}\text{h}\text{P}\text{Z}\text{O}$: Qui non est ei, h. e. cui non est.

I. De Pronominum affigendorum ratione in Verbis.

Litera finales Præteriti accedentibus affixis primæ & secundæ personæ sine mutatione manent, ut: Deus $\text{L}\text{M}\text{L}\text{Z}$: creavit me. MAZ : Perit mihi. i. e. Perdidi. $\text{N}\text{M}\text{h}\text{N}$: Dedi tibi scem.

Litera finalis sexti Ordinis in Futuro, Participio, nec non Subjunctivo & Imperativo movetur in primum, ob affixa primæ & tertiæ personæ, ut: TNO : Dabis. $\text{N}\text{Z}\text{T}:\text{T}\text{N}\text{O}\text{Z}$: Quantum dabis mihi? $\text{h}\text{T}\text{T}\text{O}\text{Z}$: Ne sinas nos. $\text{P}\text{O}\text{h}\text{L}\text{Z}$: Ignoscat mihi. PP : Exspecta. PPZ : Exspecta me. NMZ : Da nobis. Orat. Dom. $\text{h}\text{P}\text{h}\text{Z}$: Libera. $\text{h}\text{P}\text{h}\text{Z}\text{Z}$: Libera nos. Luc. XI, 4. Sic: PZC : Est. PZO : Est ei. $\text{P}\text{O}\text{A}\text{O}\text{Z}$: Petens. $\text{P}\text{O}\text{A}\text{O}\text{Z}\text{O}$: Rogans eum. ibid. v. 11. $\text{P}\text{O}\text{C}\text{N}\text{O}$: Benedicat illi. $\text{P}\text{P}\text{h}\text{O}\text{O}$: Molestus est ei. Luc. XI, 8.

At affixa secundæ personæ h : & N : Tibi, te, nihil mutant in Subjunctivo, ut: $\text{h}\text{N}\text{O}\text{h}$: $\text{h}\text{P}\text{F}\text{A}\text{Z}\text{O}$: ut dem tibi, seu dare tibi non possum. ib. v. 7. $\text{h}\text{N}\text{h}\text{h}\text{N}\text{C}$: Deus. $\text{P}\text{N}\text{O}\text{h}$: det tibi. $\text{P}\text{O}\text{C}\text{N}\text{h}$: Benedicat tibi. $\text{P}\text{O}\text{h}\text{C}\text{h}$: Ignoscat tibi. Sic $\text{h}\text{N}\text{A}\text{N}\text{N}$: Serviam tibi scem. Greg. Carm.

II. De

CAPUT IV.

De Syntaxi Adverbiorum.

Negativa አል : Præterito præfigitur, addito suffixo negativo ዮ : ut:
 አልወደደዮ : Non amavit. አልአዎደዮ : Non attulit. አልተሳሳዮ :
 Non surrexit. Luc. XI, 8. ከ : Voluit. አልከዮ : Noluit.

Nec non Futuro in prima persona, cui præsentis significationem tribuit, ut Lib. II. c. 3. n. 3. indicavimus, veluti: አልአደክዮዮ : Non sum lassus. አልአሀወቆዮ : Nescio.

At reliquis personis Futuri singularibus & omnibus pluralibus solum አ : præmittitur, cum suffixo ዮ : ut:

አሀወቆዮ : Non novit. አደወደዮ : Non amat. አተወደዮ : Non venit.
 አደወደዮ : Non venit. ተላኝተ : አኝከደዮ : Vobiscum non imus.

Omittitur autem Enclitica ዮ : accedente præfixo relativo P : Qui, ut: Pአይከረር :
 Qui non mensuratur, i. e. Immensus. Pአይተሀንከ : ከወ : Impatiens vir.

Omittitur etiam, si significatio sit Imperativi negativi, quam à Futuro vel Subiunctivo representari diximus Lib. II. c. 3. n. 9. ut:

አተደርገ : Ne facias. አተወክር : Ne tentes. አተቀበለ : Ne accipias.

አተናገር : Ne loquaris. አተርሳ : Ne obliviscaris. አተጠኙክ : Ne clames.

Pronominibus suffixis postponitur, ut in exemplo capitis antecedentis n. 7. አልአገኘኝዮ :
 Non reperi illa, apparet. Pለኝዮ : Non est mihi. Luc. XI, 6.

Imperfonalia Anomala Pለዮ : & አይደለዮ : Non datur. Non est. Item ከ : Voluit. ዮ :
 suum encliticum ad vocem proximè præcedentem nonnunquam rejiciunt; ut:

ዮኝዮ : Pለ : q. d. Aliquid non est. i. e. Nihil est. Nihil refert.

ከኝዮ : አልከ : Nihil libet.

ኝ : Ne? Interrogativum inseparabile in personis verborum literam sexti ordinis in primum transfert; ut:

ኝደርኙ : Quievisti. ቸር : ኝደርከኝ : Quievisti ne bene? ቸር : አዎከከኝ : Vesperamne transigesti bene? At sæpe solo verbo sine hac enclitica interrogatio fit, ut Italicè: Vis altro? Vis aliud? idque ex sensu cognoscitur.

አኝደ : Sicut: tam verbis, quàm nominibus præfigitur, & per κακουργεῖαν ob celeritatem pronunciationis gutturalem sequentem absorbet, quam distinctim poni fatiùs foret; ut:

አኝደከተወሀረዋኝ : pro አኝደ : አከተወሀረዋኝ : Sicuti docuit eos. Luc. XI, 1.

አኝደኝተ : pro አኝደ : አኝተ : Sicuti tu.

Periphrasis Adverbiorum fit in hac lingua per verba nonnulla conjuncta, ex. gr. particula ኝከር :
 Conjunctim. Una, significans, per pronomina personalia affixa variatur. Prout docuimus Lib. II. c. 16. n. 1. Eodem modo & alia adverbia secundum personas terminantur; ut:

ዋደወኙክ : አኝደ : አደረገኙክ : Sicuti antea fecisti. Æth. በከዮ : ገበርከ : ዋደወ :
 Gregor.

Deinde more Æthiopico alio verbo circumscribuntur, ut: ረዋኝ : ደዋዮ : ከገኝ :
 Absolvimus, portamque clausimus, i. e. Jamdududum portam clausimus. Luc. XI, 7.

CAPUT V.

De Syntaxi Præpositionum.

Præpositioni በ : In. Verbum eleganter interponitur, ut: በልደዎችኙ : ጊዜ : In quo, I
 oraveritis tempore. Luc. XI, 2. በተቻለኝ : ጸገ : In quo possibile est mihi, modo; seu
 quoad potero. Ut & nomen aliud substantivum, ut: በወንጌላኝተ : ላተ : In magna-
 tam facie.

Cum affixo personali conjunctum in sextum ordinem transfertur, ut Æthiopicè በዎ : ex. 2
 gr. በኝ : Ad me. ut: ደረሰ : በኝ : Accessit ad me. Luc. XI, 6.

Præpositiones cum pronomibus personalibus, tam absolutis, quàm affixis, æqualiter con-
 struuntur, ut: ተክኔ : & ተኝ : Mecum, Luc. XI, 7. Sic: በአኝተኔ : Contractè pro
 በአኝተኔ : Propter me. Sic: በአኝተኝተ : በአኝተርሱ : በአኝተኝ : በአኝተላኝተ :
 በአኝተ : አርሳኝ : Propter te, propter illum, nos, vos, illos. በአኝተ : ከኙክ : Propter
 hoc.

hoc. Eam ob rem. Semper cum Nominativo, sive absoluto pronomine, secus ac Æthiopicè, ubi tantùm affixa inseparabilia admittunt, veluti: **በአንተላክ**: Propter te. **በአንተላክ**: Propter nos. **የከለዎ**: Mecum. **የከለክ**: Tecum, & ita porrò.

Lib. VI.
Cap. VI.
& VII.

CAPUT VI.

De Syntaxi Conjunctionum.

1 **C**onjunctio finalis **የጠን**: Ut; & conditionalis **አንደኛ**: Si. Quæ in aliis Linguis præponi solent, hîc postponi amant, ut:

ንንሳ: **የጠን**: Æthiop. **ከዎ**: **ንንሳ**: Ut ingrediamur. Luc. XI, 4.

አልተረገዘ: **አንደኛ**: Non surrexerit Si, i. e. si non surrexerit, ibid. v. 8.

2 Enclitica copulativa suffixa **ና**: conjungit duo Substantiva cum majore Emphasi, veluti cum duo Et Latinè ponuntur; vel cum dicimus, tam, quàm, ut:

ወርቅ: **ብር**: Et aurum, & argentum.

የከለዎ: **የከለክ**: Et cæli, & terra. Symb. Apost.

የሰጠኛ: **የሰጠኛ**: Tam ovium, quàm caprarum septum in campo.

3 Affixum copulativum **የ**: terminationem Accusativi **ን**: transfert in primum ordinem, ut: Judicaturus est **ከ.የጥንን**: **የ.ተንን**: Vivos, mortuosq; modò non sit mendosum. Symb. Apost. artic. 2.

4 **ብ**: Continuativa Cum, dum, vel etiam conditionalis Si: accedente **ዎ**: sexti ordinis mutatur in **ብ**: per Can. VI. Ubi habes exempla.

CAPUT VII.

De Ordine.

1 **M**irabiliter admodum transponunt Habessinî voces Amharicas; Genitivum aliosque casus præponentes, Nominativum cum particulis, alioquin periodum inchoantibus postponunt. Exemplum esto descriptio Reipublicæ, **ንንሆ**: **ዎ.የኛ** **ረወ**: **ሀንር**: Rex cui non est, civitas. Id est Civitas, quæ non habet Regem. Greg. Etenim Respublicas in Æthiopia non habent, ideoque nec nomen. **ዎ.የኛ**: **ኑ.አ**: Qui petit omnis, pro: Omnis qui petit. Luc. XI, 10.

2 In Interrogationibus Nominativus præponitur, ut ferè apud Gallos; ut:

የንንዎ: **ኑ.አ**: Le chemin, ou est il? Ubi est via?

3 Conjunctiones alibi præpositivæ, hîc sunt postpositivæ, exempla habes cap. præcedenti.

Plura & limatiora tempus suppeditabit.

F I N I S.

Absoluto nunc molestissimo labore Grammatico, exemplum ipsius linguæ studiosis hîc dabimus, ut habeant, in quo se exercent, & simul indolem peregrinæ istius linguæ cognoscere possint. Textum Amharicum versione interlineari de verbo ad verbum, & ferè ad literam, expressimus, ut studiosi & constructionem, & affixorum atque infixorum rationem percipiant. Eam credo satis mirabilem reperient, præsertim si conjunctiones Si, Ut, Quantum, &c. naturaliter præponendas, postpositas deprehendent. Verùm enim verò Lectorem celare non possumus, nos fragmentum sequens capitis XI. Evangelii Lucæ à Gregorio ægerrime obtinuisse, imo fere extorsisse. Ut enim in præfatione diximus, insueti planè sunt Habessinî scribendi vernaculam suam linguam. Est apud me ipsum Gregorii autographum, correctionibus & lituris illius manus, & mendis nonnullis refertum. Quod fortassis etiam nobis contingeret, si dialectum aliquam vernaculam nondum editam, conscribere deberemus. Contractiones vocalium & gutturalium, de qua in Gramm. nostra Lib. I. cap. 8. & 9. Can. 4. & 5. questi sumus, reliquimus prout eas Gregorius scripserat. Nonnulla quoque secundum scripturam ejus in Grammatica nostra allegamus, de quibus tamen dubitavimus. Orationem Dominicam duntaxat Amharicè ab eo petieram, at ille vertere cœpit Caput XI. Lucæ, quod illam continebat, sed tædio laboris cum versu 13. cessavit, ac primam petitionem planè omisit. Reliqua quoque omnia, quæ hortatu nostro composuit, cum studiosis hic libenter communicamus. Sequun-

Addita-
menta.

Sequuntur versus tredecim Capitis XI. Evangelii Lucae.

Christus Dominus noster orationem suam cum absolvisset, unus ex discipulis ejus
 ክርስቲስ: ደተቸኝ: ጸሎቱን: ከረጸ። ሐንዳ: ከደቀዎቹ: ርቱ:
 dixit ei: Domine mi! orationem doce nos, Johannes sicut docuit eos,
 ሐለው: ደተቸኝ: ጸሎት: አስተዋወረኝ: የሐንዳ: አንዳስተዋወረኝ:
 discipulos suos. 2. Illeque respondit illis, dicens: In quo oraveritis tempore
 ለደቀዎቹ: ርቱ: አርሱ: ወለሰላኝ: ሰለ: በጸሎት: ጊዜ:
 sic dicite:
 አንደኛ: በሌ:

- Pater noster, in cælo qui es,
 አገተቸኝ: በሰጣይ: ያለኛ:
 I. Sanctificetur nomen tuum;
 ይቀደስ: ስሞኛ:
 II. Adveniat nobis regnum tuum:
 ይጻፈኝ: ወንጌላትኛ:
 III. Voluntastua quoque fiat, in cælo sicuti fit utique, in terra quoque.
 ረቀቅኛ: ይኑን: በሰጣይ: አንዳለኛዚገ: በሞድር:
 IV. Cibum nostrum uniuscujusque diei suæ hodiè da nobis.
 ሰሰዎቸኝ: አዎላቱ: ዛሬ: ስጠኝ:
 V. Delicta nostra condona nobis, nos etiam ei qui offendit nos sicut condonamus.
 በደላችኝ: ወሐረኝ: አኛ: የበደለኝ: አንድ: ንዎስር:
 VI. In tentationem ingrediamur ut, ne finas nos.
 ንዎንሱት: ንገ: ወጠኝ: አትተወኝ:
 VII. Libera nos autem à mala re.
 አደላንኝ: ከበስ: ነገር:

Dixit illis quoque; Ex vobis quis est si amicus alicui sit qui iveritque
 አለዎቹ: ከአላንተ: ያለ: አንድ: ወደደ: ያለው: የካይባት:
 ad illum in media nocte qui dixerit eique; Amice mi, tres panes mutuo da mihi;
 ንአርሱ: በአጥል: ለት: ያለው: ወደደ: ሦስት: ደቦ: አባረኝ:
 Quoniam amic⁹ meus accessit ad me è campo; offerendo me quod apponam ei, est mihi non.

7. Illeque amicus ejus respondens ad hoc ex intus dicens eique: Ne molestus sis
 ለኛ: ወደደ: ደረሰ: ብኝ: ከበደ: አንድ: የአስቀርባው: ያለኝ:
 7. Illeque amicus ejus respondens ad hoc ex intus dicens eique: Ne molestus sis
 ያለኝ: ወደደ: የሚልስ: ለት: ከወስጥ: የሚአለው: አትከብስ
 mihi, absolvimus portamque clausimus, liberique mecum, jacent in lecto mecum.

8. Dico vobis: ille non surrexerit
 በኝ: ረቀኝ: ደቀኝ: ዘገኝ: ለደኝ: ተኝ: ተቀላ: በአለገ: ተአኔ:
 Surgere meque ut dem tibi, non est possibile mihi.
 ተነዎቹ: አስቀኝ: አይቻለኝ:
 Si, ut det ei ideò quoniam amicus ejus est; ut non perturbet eum, sur-
 አንድ: ይስጠውዚገ: ለኛ: ወደደ: ነው: አንድ: አይቀደስው: ተኝ
 gens dabit ei, libuerit ei quantum. 9. Egoque dico vobis: Petite,
 ሠቶ: ይስጠዋል: የኛውን: ያኛል: አኛ: አለዎትኛል: ለኛ:
 dabitur vobis, portam pulsate aperietur vobis, quarite reperietis. 10. Quia
 ይሰጥዎትኛል: ደቀኝ: ወቹ: ይሰጥላችኛል: ስኑ: ተገኝላችኛል: ለኛ:
 qui petit omnis accipiet, qui queritque reperit, portamque illi qui pulsat, aperient
 ያለኛ: ሄለ: ይቀበላል: የኛው: ያገኛል: ደቀኝ: ለኛ: ይሰጥ
 ei. 11. Si est quoque ex vobis, panem quem rogaverit filius ejus patrem suum;
 ለገል: አንዳለኝ: ከአላንተ: ደቦ: የሚለው: ለኛ: አገቱን.
 lapidem dabit ei? 12. Piscemque cum rogaverit eum; serpentem dabit ei
 ደንደን: ይስጠዋል: ዓሳው: በሌ: ነው: ሳብኝ: ይስጠዋል:
 pro

13 pro illo? 13. Vos mali utique qui nostis bonum donum dare Addita-
menta.
 ἵνα ἴδῃτε: ἅτιναι: ὡς: ἔσται: ἡμεῖς: ὡς: ἡμεῖς:
 filiis vestris, igitur quomodo dabit erit multò magis cœli
 ἅτιναι: ἅτιναι: ἅτιναι: ἅτιναι: ἅτιναι: ἅτιναι:
 Pater vester petentibus id bonum donum Spiritum Sanctum.
 ἅτιναι: ἅτιναι: ἅτιναι: ἅτιναι: ἅτιναι: ἅτιναι:

Plura à Gregorio meo impetrare non potui.

Ut autem tyrones, quantum in nobis est, juvemus, *analysin Grammaticam* difficiliorum vocum hîc subjungemus, secundum quam ceteræ, ex Æthiopicismo notæ, facillè resolvi poterunt. Numeri allegati Librum, Caput, ejusque Numeros in Grammatica nostra denotant.

- 1 Versu 1. **ἅτιναι:** Nomen est **ἅτιναι:** Dominus, cum affixo possessivo **ἅτιναι:** Noster, quod aliàs ante se poscit *A quarti* Ordinis; ut: **ἅτιναι:** Cibum nostrum. versu 3. **ἅτιναι:** Pater noster. *ψ.* 2. Lib. IV. c. 4. n. 5. & Lib. VI. c. 3. n. 14. 15.
- 2 **ἅτιναι:** Nomen Æthiopicum est **ἅτιναι:** Oratio, cum affixo nominali U. *Suus.* *Ejus.* Lib. IV. cap. 4. n. 4. **ἅτιναι:** est terminatio *Accusativi* Lib. III. c. 7. n. 1. 3. Affixo U postponitur Lib. VI. cap. 2. n. 5. & cap. 3. n. 13.
- 3 **ἅτιναι:** Mirabilis hæc est vocabulorum compositio & constructio, q. d. *è pueris Psalmorum ejus.* Discipulos enim parvos vocant: **ἅτιναι:** pueros Psalmorum, quia institutionem eorum à *Psalms* legendis & memoriter ediscendis ordiuntur; hinc *Psalms* in tanta copia manuscripti reperiuntur. Incongruè proflus verò, ne dicam ineptè, accommodatur ad *discipulos Christi.*
- 4 **ἅτιναι:** Hic est præpositio *A, ab, ex.* Lib. V. cap. 2. n. 2. aliàs est *Conjunctio continuativa;* *Cum, postquam.* d. L. V. c. 3. n. 4.
- 5 **ἅτιναι:** Puer, Æthiopicum est, & quidem in *statu constructo* Æthiopico **ἅτιναι:** positum; quem habes in Grammatica nostra Æthiopica. Adeò miscent idiotismos linguarum.
- 6 **ἅτιναι:** *Psalms.* Hybrida hæc est vocis *è* singulari & plurali formatio. **ἅτιναι:** *Psalms,* Æthiopicè in Plurali habet **ἅτιναι:** At hîc bis ponitur **ἅτιναι:** cum affixo U. *Suus, ejus,* de quo paulò ante n. 2.
- 7 **ἅτιναι:** *Dixit ei.* Verbum **ἅτιναι:** biliterum *πολύσημον* est: *Dixit. Habuit. Est. Fuit. Fit.* respondet ferè Æthiopico **ἅτιναι:** Ipsum verbum habes inter *bilitera* primæ classis Lib. II. cap. 12. n. 2. & 9. Nec non inter *impersonalia* ibid. cap. 17. n. 11. **ἅτιναι:** *Ei.* Affixum verbale est tertiæ personæ Lib. IV. cap. 4. n. 3.
- 8 **ἅτιναι:** *Orationem.* Nomen Æthiopicum est *invariabile,* quorum plurima dantur in hac lingua, ut diximus Lib. III. cap. 7. n. 4. Et in *Syntaxi* Lib. VI. Cap. I. n. 5.
- 9 **ἅτιναι:** *Docet nos,* Imperativus est cum affixo; absolute **ἅτιναι:** *ultima* radicali *è* sexto ordine in *primum* translata propter affixum. Lib. VI. Cap. 3. n. 3. A verbo *quarta conjugationis* **ἅτιναι:** à radice **ἅτιναι:** Æthiopicè **ἅτιναι:** *Didicit;* ex quo fecerunt istud *quadriliterum,* de quo vide L. II. C. 10. n. 5.
- 10 **ἅτιναι:** *Sicut,* Adverbium est similitudinis.
- 11 **ἅτιναι:** *Docuit eos.* De verbo **ἅτιναι:** jam disseruimus. **ἅτιναι:** *illos.* Affixum est inseparabile. Lib. IV. C. 4. n. 5. cujus auxilio, & sequente *servili* **ἅτιναι:** nomen regitur in *Accusativo* more Æthiopico, de quo in *Syntaxi* Lib. VI. Cap. 1. n. 7.
- 12 Vers. 2. **ἅτιναι:** *Et ille.* **ἅτιναι:** *Ille;* est pronomen personale tertiæ personæ Lib. IV. C. 1. n. 1. & 4. **ἅτιναι:** est *Conjunctio copulativa* inseparabilis Lib. V. C. 3. n. 5.
- 13 **ἅτιναι:** *Respondit illis.* Verbum **ἅτιναι:** variè significat: *Reddidit, rependit, restituit;* at hoc loco est *Respondit.* **ἅτιναι:** Affixum inseparabile *illis.* Lib. IV. C. 4. n. 5.
- 14 **ἅτιναι:** *Dicens.* Anomalon est *defectivum* planè peculiare. Lib. II. Cap. 18. n. 1. originis incertæ.
- 15 **ἅτιναι:** *Oravit.* Præpositio **ἅτιναι:** *In,* spectat ad sequens nomen **ἅτιναι:** *Tempus;* sed verbum interponitur. Lib. VI. C. 5. n. 1. quod est *secunda persona pluralis Prateriti prima conjugationis,* à verbo Æthiopico **ἅτιναι:** *Oravit.*
- 16 **ἅτιναι:** *Tempus.* Æthiopicum est.
- 17 **ἅτιναι:** *Ita. Sic.* Adverbium compositum est ex **ἅτιναι:** *Sicut.* & **ἅτιναι:** *hoc.* Lib. V. C. 1. n. 11.

ἅτιναι:

Addita-
menta,

- ΩΛ:** *Dicite.* Est secunda pluralis *Imperativi* ΩΛ: *Dic.* ex Æthiopismo retenti; à verbo anomalo defectivo ΩΛΔ: *Dicere.* Lib. II. C. 18. n. 7.
- ἄβη:** Nomen ἄβη: *Abba. Pater.* Cum affixo ἄβη: *Noster.* per *Epenthesein* literæ 16
ἄβη: cui A. quarti ordinis tribuenda erat, ut diximus in *Syntaxi* Lib. VI. Cap. 3. n. 15.
- ἄβη:** pro ἄβη ἄβη: *Qui es.* Relativum ἄβη: in quarto ordine collocatur, quia sequen- 17
 tem gutturalem absorpsit per *cacographiam*, vel si malis dicere σωμαίρειον Gregorio meo frequen-
 tissimam. Lib. I. cap. 9. *Can. V.* De verbo ἄβη: suprâ disseruimus n. 7.
- ἁγιάσθη:** *Sanctificetur.* Est 3. persona singularis *Futuri*, quod hic *Optativi* significa- 18
 tionem habet. Dicitur sic pro: ἁγιάσθη: Lib. I. cap. 9. *Can. II.* à verbo tertiæ Conjugatio-
 nis ἁγιάσθη: *Sanctificatus fuit.* A radice Æthiopica ἁγιάσθη: *Sanctificavit.*
- ἁγιάσθη:** Nomen tuum. ἁγιάσθη: Æthiopicum est. ἁγιάσθη: affixum inseparabile secunda per- 19
 sonæ. Lib. IV. cap. 4. n. 2. Primam hanc orationis Dominicæ petitionem ego supplevi.
- ἄβη:** *Adveniat nobis.* ἄβη: est tertia persona singularis *Subjunctivi*, qui & *Opta-* 20
tivi significationem habet, à verbo *bilitero* tertiæ Classis ἄβη: *Venit, advenit,* ab Æthiopico
 ἄβη: Sic autem dicitur per *Antistæchon* huic verbo peculiare, pro ἄβη: Et in *Infiniti-*
 vo ἄβη: pro ἄβη: Lib. II. cap. 12. n. 3. & cap. 13. n. 7.
- ἄβη:** *Fiat.* Est tertia singularis *Subjunctivi* à verbo *bilitero* secunda Classis ἄβη: *Fuit.* 21
 Æthiop. ἄβη: *Diphthongus* autem ordinis primi hîc *mutata* est in sextum, per exceptionem *di-*
cto Lib. II. c. 12. n. 20.
- ἄβη ἁγιάσθη ἁγιάσθη:** De hac insolita compositione jam egimus in *Grammatica* nostra Lib. V. 22
 cap. 1. n. 11. & C. III. n. 7. ubi diximus, quod respondeat Æthiopico ἁγιάσθη: *Ita quoque, simili-*
ter. Quomodo verò particula istæ, ex quibus hæc vox constat, præcisè sint exponendæ, hæremus.
 Interim exposuimus, quò pacto commodissimum nobis visum fuit, donec meliùs erudiamur.
- Verf. 3. ἄβη ἁγιάσθη: *Unicuique diei sua.* Conjunxit *Gregorius* duas voces; ἄβη: enim 23
 est particula *distributiva* separabilis, respondens Æthiopicis particulis ἁγιάσθη: & ἁγιάσθη: reddenda
 prout sensus postulat: *singuli vel unusquisque* Lib. V. cap. 1. n. 3. ἁγιάσθη: *Dies* Æthiopicum est;
 cum affixo U. de quo suprâ n. 2.
- ἁγιάσθη:** *Da nobis.* Imperativus est: ἁγιάσθη: *Da.* cum affixo primæ personæ pluralis ἁγιάσθη: *No-* 24
bis, quod *ultimam radicalem* transfert in primum ordinem, ut diximus n. 9. Radix est verbum *bi-*
literum primæ Classis ἁγιάσθη: *Dedit;* quod *Paradigmatis* loco proposuimus Lib. II. c. 12.
- Verf. 4. ἁγιάσθη ἁγιάσθη: *Delicta, offensiones nostras.* Nomen ἁγιάσθη: propter affixum 25
 ἁγιάσθη: assumit vocalem ordinis quarti, ut suprâ n. 1. & 16. dictum. Radicem habebis mox n. 28.
- ἁγιάσθη:** *Condone, Ignosce nobis.* Imperativus est cum affixo; absolutè ἁγιάσθη: à ver- 26
 bo gutturali Æthiopico ἁγιάσθη: *Misertus est,* quod loco *paradigmatis* reperis Lib. II. c. 6.
- ἁγιάσθη:** *Nosque.* ἁγιάσθη: est Pronomen plurale primæ personæ absolutum Lib. IV. C. 1. n. 1. 27
 ἁγιάσθη: *Conjunctio copulativa* inseparabilis. *Et, que.* ut suprâ n. 11.
- ἁγιάσθη:** *Qui offendit nos.* ἁγιάσθη: *Qui.* Pronomen præfixum inseparabile, de quo suprâ 28
 n. 17. ἁγιάσθη: *Offendit.* Verbum est primæ Conjugationis, & quidem ipsa radix.
- ἁγιάσθη:** *Ignoscimus.* est 1. plur. *Futuri* in præsentis significatione, à verbo ἁγιάσθη: de
 quo paulò antè n. 26.
- ἁγιάσθη ἁγιάσθη:** *In tentationem.* ἁγιάσθη: vel ἁγιάσθη: *Ad.* Præpositio inseparabilis est. Lib. V. c. 2. n. 29
 2. ἁγιάσθη ἁγιάσθη: *Tentatio,* Æthiopicum est.
- ἁγιάσθη:** *Ingrediamur.* Est prima persona Pluralis *Futuri*, quod hîc valet pro *Subjunctivo*, à 30
 verbo *bilitero* tertiæ Classis, & quidem primæ Conjugationis ἁγιάσθη: *Introivit. Ingressus est.* Vid.
 Lib. II. cap. 12. n. 22. & 25. ἁγιάσθη: Est *Conjunctio causalis* ἁγιάσθη: postposita suo verbo. Lib. VI.
 cap. 6. n. 1.
- ἁγιάσθη ἁγιάσθη:** *Ne sinas nos.* ἁγιάσθη: Est *negativa* inseparabilis *Non.* Lib. VI. cap. 4. n. 3. præfixa 31
 secunda personæ singularis *Futuri*, quod hîc simile est *Subjunctivo.* ἁγιάσθη: *Sinis vel sinas;* à
 verbo *bilitero* secunda Classis. Lib. II. C. 12. n. 18. literâ ἁγιάσθη: propter affixum ἁγιάσθη: in primum or-
 dinem translata. Lib. VI. Cap. 3. n. 3.
- ἁγιάσθη ἁγιάσθη:** *Liberanos autem.* ἁγιάσθη: Imperativus est formæ & significationis Æthio- 32
 picæ. A verbo ἁγιάσθη: quod hîc est Conjugationis secunda. L. II. cap. 7. n. 6. & 10. Ultima ra-
 dicalis primi Ordinis est propter affixum ἁγιάσθη: ut modò dictum. ἁγιάσθη: *Sed. Verò;* plenè est ἁγιάσθη: At
 primæ duæ literæ per σωμαίρειον suprâ n. 17. notatam coaluerunt cum antecedente voce, ut inte-
 grè sit: ἁγιάσθη ἁγιάσθη: Lib. V. cap. 3. n. 2.
- ἁγιάσθη ἁγιάσθη:** *Ex malare.* Neutra enim non habent; aliàs dixisset *Gregorius* neutraliter 33
 à malo. Lib. III. cap. 5. n. 3.

Sic

Sic cum Oratione Dominica Analysin nostram finimus. Reliqua, bene perlectâ nostrâ Grammaticâ, ipsi Studiosi facillè resolvere poterunt.

Nunc cætera quoque à Gregorio accepta, exercitii gratiâ adjiciemus.

ጸሎተ፡ ሃይዳኛተ፡ ዘሐዋርያተ፡ | **O** Ratio Fidei Apostolorum (i. e. Symbolum Apostolicum) Amharicè talis est.

Artic. I.

አዎኛለኛ፡* በእግዚአብሔር፡ አብ፡ | Credo in Deum Patrem, omnipotentem
ኅሃለ፡ ስሉ፡ ረጠረ፡ ምዕራፍ፡ | Creatorem & cæli & terra.
ዎዎር፡ ።

* Pro አዎኛለኛ፡ de quo Lib. I. c. 8. n. 2.

Art. II.

በሐንድ፡ ልዩ፡ ጌተኛ፡ አዋሱ፡ | In unicum Filium ejus quoque Dominum
ክርስቲስ፡ ምዕራፍ፡ በወንጌል፡ | nostrum Jesum Christum, qui conceptus
ቆይ፡ ተወለደ፡ ከወርቆ፡ ዎዎር፡ ዎዎር፡ | est per Spiritum Sanctum, natus ex Ma-
ገል፡ ተወለደ፡ በጸላጦስ፡ ዘወንጌል፡ | ria virgine: passus in Pilati tempore:
ተሰቀለ፡ ሞተ፡ ተቀበረ፡ ንሲአል፡ | crucifixus, mortuus, & sepultus est. Ad
ወረደ፡ ። በሦስት፡ ቀን፡ ተገዛ፡ | infernum descendit. Tertia die ejus re-
ንሰዓይ፡ ሀረገ፡ ተቀመ፡ ወደ፡ | surrexit. Ad cælum ascendit. Sedit ver-
ቀን፡ ለእግዚአብሔር፡ ኅሃለ፡ | sus dextram Dei omnipotentis. Exinde
ስሉ፡ ከዘዎ፡ ይወጣል፡ ይረርድ፡ | veniet, ut judicet vivos, mortuosque.
ዚገ፡ ሐዋርያት፡ ወይን፡ ።

Art. III.

አዎኛለኛ፡ በወንጌል፡ ቆይ፡ በ | Credo in Spiritum Sanctum: in sanctam
ቆይ፡ ስሉ፡ ስሉ፡ ክርስቲያን፡ | quoque Ecclesiam Catholicam: Partici-
ካቶሊካዊት፡ ስሉ፡ ዎዎር፡ ዎዎር፡ | pationem justorum: Remissionem pec-
ወንጌል፡ ምዕራፍ፡ አብ፡ ስሉ፡ ተገዛ | catorum nostrorum: Resurrectionem
ሀረገ፡ ምዕራፍ፡ ስሉ፡ ወደ፡ | corporis: vitam aeternam quoque.
ለወንጌል፡ አዎኛ፡ ። | Amen.

Symbolum hoc Æthiopes non habent, ut in Historia nostra diximus; etenim Nicano tantum utuntur. Gregorius rogatu meo ita vertit.

Porro formulas aliquas interrogandi & colloquendi à Gregorio acceptas, vel in Vocabulario ejus repertas, cum studiosis hîc communicamus.

1 ከሐት፡ ናክ፡ አኝተ፡ | **U**nde es tu?
ወንጌል፡ አል፡ ከሀገራችኛ፡ | Quid novi datur ex patria vestra?
ክርስቲያን፡ አል፡ አል፡ አል፡ አል፡ አል፡ | Epistola nondum mihi venit.
አንድ፡ አል፡ ስሉ፡ ወንጌል፡ | Quomodo vales?
2 ከሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ በጎ፡ አ | Laus sit DEO! bene valeo.

Ubi nota, quod Laus Deo, & Deo volem, semper in ore habeant.
Quæ res est hæc?
Istud quid sylva (rei) est?

3 አዎ፡ ሞቆት፡ አዎ፡ ሞቆት፡ በጎ፡ ይወጣል፡ | Paulatim, paulatim bene venit.
Italicum proverbium esse videtur: Chi va primo, va sano. [cette chose?
ወንጌል፡ ይወጣል፡ ይወጣል፡ ናክ፡ | Quid hoc sibi vult? Gall. Que veut dire
vel፡ ወንጌል፡ ወንጌል፡ | Quomodo dicitur hoc vel illud?
በጎ፡ ወንጌል፡ ወንጌል፡ ወንጌል፡ | Bene se habet, quantum scio.
pro ወንጌል፡ ወንጌል፡

H In

Addita-
menta.

In allocutionibus vel colloquiis eodem modo ac *Itali*, ut & *Germani*, personis ac numeris 4
verborum utuntur;

Erga *viliores*, ut *famulos & servos*, nec non *pueros & adolescentes*, itemque *amicos fami-
liares*, secundâ personâ singularis Imperativi, ut:

ተቐዎ። *Sede.* ፍር: *Mane.*

Erga *Honoratiores* secundâ pluralis Imperativi utuntur; ut:

ተቐዎ። *Sedete.* ፍረ: *Manete.*

At erga viros in dignitate vel officio aliquo constitutos *tertiam personam singularis* adhi-
bent, ut: አገዛአብሔር: በጎ: ቀን: vel በጎ: ሌሊት: ይስጠዎ: *Deus bonum
diem, vel bonam noctem det illi.* Gott gebe G'hm einen guten Tag / oder eine gute Nacht.

ቀንስ: ምንጥል: አንደኛን: ከአላት: *Si gratiam reperero à vobis.* Ebraismus est:
: סדיןיבן יתןיבן דן i. e. *Si favere mihi velitis.*

Regem verò, *Principes* aliosque *Magnates*, in *tertia persona pluralis* alloquuntur; ut: ፍር:
ፍረ: *Bene quieverunt ne?* Haben sie wohl geruhet?

Igitur pro conditione personarum sequentes salutandi formulas variant; ut salutanti 5
mane:

ፍር: ፍረ: ከን: *Num bene quievi?* Respondetur:

ፍር: ፍረ: ከን: ሌሊት: አገዛአብሔር: *Bene quievi, Laus sit Deo.*

Vesperis dicunt:

ፍር: አዎኸን: vel አዎኸን: *Num vesperam bene transegi?* vel *transegerunt?*

Bonam noctem precanti respondent:

ሠፍ: ፍረ: *Bonam quietem precor.*

Peregrè adveniēti dicitur:

አንደኛን: pro አንደኛን: አገዛአብሔር: *Bene venisti.* Ital. *Benvenuto.*

Cui alter respondet:

ሠፍ: ቀል: vel in plur. ቀሉ: *Bene sit tibi, vel vobis.*

አላት: in plur. አላት: *Veniam da, vel date mihi abundi.*

Abeunti dicitur:

በጎ: ቀል: vel ቀሉ: *In sanitate vale, vel valete.*

Poësi quoque delectabatur *Gregorius*; itaque *Carmen in laudem B. Mariae Virginis* Amharicè 6
à se compositum, ad me misit, quod speciminis causa hîc edere voluimus: non tantum ut stu-
diosi compositionem aliquam metricam videant, sed etiam in eo, si possint, vires suas experiantur.

አገ: ጎርጎርጎር: ደርሰት: በአዎፍረ: ::

Abba Gregorii Carmen Amharicum.

1. ከንጥል: ጥፋት: አገዛአብሔር: ምንጥል: አገዛአብሔር:
2. ነገር: አገዛአብሔር: ጥፋት: ከንጥል: ጥፋት:
3. ከንጥል: ጥፋት: ጥፋት: ጥፋት: አገዛአብሔር: አገዛአብሔር: ጥፋት:
4. ከንጥል: ጥፋት: ጥፋት: አገዛአብሔር: ጥፋት:
5. ከንጥል: ጥፋት: ጥፋት: ጥፋት: ጥፋት: ጥፋት: ጥፋት: ጥፋት: ጥፋት:
6. ጥፋት: ከንጥል: ጥፋት: ጥፋት:
7. አገዛአብሔር: ጥፋት: አገዛአብሔር: ጥፋት: አገዛአብሔር: ጥፋት: ጥፋት:
8. ጥፋት: ጥፋት: አገዛአብሔር: ጥፋት: ጥፋት: ጥፋት: ጥፋት:
9. ጥፋት: ጥፋት: አገዛአብሔር:
10. አገዛአብሔር: ጥፋት: ጥፋት: ጥፋት:
11. አገዛአብሔር: ጥፋት: ጥፋት: ::

Nota.

Genus hoc Carminis undecim versibus constans *Æthiopes* vocant ሰጠን: ቀንር: ut in 7
Proſodia novæ nostræ Grammaticæ *Æthiopicæ* docebimus. *Rhythmicum* est, ac ob id sensus pau-
lò obscurior. Etenim undecim vocabula in ቀን: desinentia reperire, iisque commodum sen-
sum accommodare, haud ita facile est.

Postremo

8 Postremo pro exercitio tyronum fragmento quodam Amharico coronidem huic operi imponemus. Illud eruditissimus & solertissimus Vir Ludovicus Piques Dr. & Socius Sorbonæ celeberrimus, amicus noster singularis, inter schedas Æthiopicæ Bibliothecæ Seguerianæ reperit, & nobiscum communicavit. Qualis verò tractatus sit, dicere non possumus, quia & titulo & fine caret. Parænesis quædam videtur, pro conversione impudicæ cujusdam fœminæ, illiusque conversæ consolatione composita. Nos tantum, quantum chartæ spatium patietur, cum expositione sensus studiosis dabimus.

9 በስሙ፡ አብ፡ ወወልደ፡ ወወረዳኑ፡
ቆይኑ፡ ወ፡ አዎላክ፡፡
ኔጽከፋ፡ አለኔ፡ በጥቂቱ፡ ቸርነቱን፡
የአገዛዥክ ብሔርን፡ ለአኛ፡ ያደረገ፡
ለበደ፡ ገይ፡ ከኔከክ፡ ለተወለደ፡
ለኋለ፡ ንጠአቱ፡ ንዘኛ፡ አልቆሶ፡
በኛዘዘ፡ የቆይኑ፡ ጉሉ፡ አይዘ
ከርብተኛ፡ ርኅረኅ፡ ነው፡ ጌተኛነ፡
ሀኔይተኛ፡ ርኅረኅነቱ፡ ያለኛ፡ አኔይ
ጉኔ፡፡

In nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti,
Unici Dei.
Scripturifumus paucis bonitatem Dei Do-
mini Omnipotentis, quam perbenevole nobis
exhibet. Si quis per pœnitentiam converte-
rit se, ita ut peccatum ejus eum contristet,
(i.e. ut contritionem sentiat) tunc luctum
ejus solatur, ac præteritorum omnium non
recordatur unquam. Clemens est Dominus
noster, qui gratiam & clementiam suam ti-
bi præstabit.

Præmissio hoc exordio, ad fœminam se convertit, quam sic alloquitur :

10 ጉሉት፡ ቃል፡ አንገርኸ፡ አለሰግኸ
ወይ፡ አጥርኸ፡ የከሐደው፡ ጊዜ፡
ተለ፡ አፋጥኛ፡ ሀኔይ፡ ሰግው፡ በያ
ለቆነ፡ በአኔተ፡ ከሐደቱ፡ ወሐረው፡
ነገህ፡ ሠልኸት፡ አለለው፡ ሐይ፡
ርኅረኅነቱን፡ ይኛኔ፡ የግርዶ፡
አኔተ፡ ሀፋረት፡ ወረቀ፡ በተወሐረ
ቸብተ፡ ወጠኔ፡ ከርከቸኸው፡ አፋ
ጥኛ፡ ሀኔይ፡ ወሐረቸ፡፡

Duo verba (duo exempla dabo) dicam
tibi: An non audivisti unquam? Cum Pe-
trus illum diluculo ter abnegasset, sicut præ-
dixerat ei, illico promptam ejus gratiam sen-
sit dum contristaretur propter abnegationem
suam; misertus est ejus. Vide quoque ean-
dem bonitatem ejus erga Mariam, qua un-
xerat eum; cum desideraret, ut sui misere-
retur, Christus promptus ad clementiam mi-
sertus est ejus.

11 ጥቂት፡ ቆይ፡ አለለቸት፡ ነበረች፡
ከኔይ፡ ስት፡ ጸኔሀ፡ ወልካግ፡
ከኔይ፡ የይዮይይ፡ ለቸት፡ ከጥርከ፡
ከሀይን፡ ከከኛ፡ ከአኔገር፡ ከ
አደ፡ ጸአት፡ ከአገር፡ ጸአት፡ የጸጋ
የ፡ ነገር፡ ብዙኛ፡ የይዮይል፡ ወርቆ፡
ብረ፡ የግዢ፡ የኔ፡ ጉሉ፡ በከውት፡
የገዛተው፡ ለሀለው፡ ተካለው፡ ነበ
ረች፡ ተከሐለ፡ ነበረች፡፡ &c.

Parumper expecta, porro dicebat illi:
Erat quadam fœmina valde formosa. Qui-
dam deperibat eam, illectus ex dentibus:
ex oculis: ex labiis: ex confabulatione: ex
manuum digitis: ex pedum digitis ejus.
Donaverat ei res multas, ita ut non desi-
ceret aurum, argentum & vestes, ac omne
illud quod scortatione acquiri solet. Mundo
placere volebat, ideò cohole se tingebat. &c.

Id est: Ἐσιμύισατο τὰς ὀφθαλμὸς αὐτῆς. Stribio depinxit oculos suos.

12 Sequentia continent descriptionem fœminæ corruptissimæ, additis vitiorum effectibus, cum representatione cruciatuum infernalium futurorum. Sta hæc vice sufficiant; si forte sensum genuinum usque quaque non affecuti fuerimus, cogitet æquus Lector, exoticam istam linguam, cujus nullos libellos, ac ne quidem contextum integrum vidimus; ut taceamus ambiguitatem scripturæ in apographo, & distinctionum per commata & puncta defectum. Qui vestigiis nostris insistent, plenius atque planius quid orbi erudito tradituri sunt.

EPILOGUS PRO ÆTHIOPIBUS.

ተረጎሞ፡ በከዎ፡ ወጽከረ፡ ተወህርተ፡ ዘለኛ፡ አዎረ፡ በረዶአት፡
አገዛዥክ ብሔር፡ ከሃለ፡ ከጉሉ፡ ለቱ፡ ከብሐት፡ አኔተኛ፡ ዛተ፡ ወጽ
ከረ፡ ለበቆህት፡ ነገይ፡ የኔ፡ አትዮጵያ፡ አገዛዥኛ፡ ወወደኔ፡ አዎሰከ፡
ከርከቸኸው፡ ይህቆሞ፡ ለኔገሠ፡ ነገሠት፡ ዘአትዮጵያ፡ ወስለ፡ ሐከሮ፡
ወሉይ፡ ጥቆቸ፡ ለቱ፡ ወስለ፡ አብ፡ ወወረዳኑ፡ ቆይኑ፡ ይደሉ፡ ከብ
ከት፡ ወአኩ፡ ተት፡ ይአዘኔ፡ ወዘለረ፡ ወለሀለው፡ ሀለው፡ አዎኔ፡፡

CONSPECTUS LIBRORUM ET CAPITUM HUIUS GRAMMATICÆ.

LIB. I. DE ORTHOGRAPHIA.

CAP. I.	Continet Literas & Syllabarium Amharicum	pag. 1
II.	De Figuris Literarum	3
III.	De Potestate Literarum.	ibid.
IV.	De Divisionibus Literarum.	4
V.	De Vocalibus & Diphthongis.	ib.
VI.	De Accentu.	5
VII.	De Geminatione Literarum.	ibid.
VIII.	De Orthographia, & vitiis Orthographicis.	6
IX.	Canones Generales.	ibid.

XVII.	De Verbis <i>Impersonalibus</i> .	30
XVIII.	De <i>Anomalis</i> .	32

LIB. III. DE NOMINE.

CAP. I.	De Terminatione Nominum.	34
II.	De Formatione Nominum.	35
III.	De Specie Nominum.	38
IV.	De Adjectivis Numeralibus.	39
V.	De Genere Nominum.	40
VI.	De Numero.	ibid.
VII.	De Declinatione.	41
VIII.	De Motione & Comparatione.	42
IX.	De Figura.	ibid.

LIB. II. DE ETYMOLOGIA, & primò quidem de VERBO.

CAP. I.	De Verbo in genere, it. de Conjugationum <i>Forma & Characterere</i> .	8
II.	De Conjugationum <i>Significatione ac Potestate</i> .	9
III.	De <i>Modis & Temporibus</i> Verborum.	10
IV.	De <i>Inflexione</i> Temporum per numeros & personas.	11
V.	Paradigma I. Conjug. <i>Verbi Perfecti</i> cum notis.	12
VI.	De Verbis <i>Gutturalibus</i> , eorumque <i>Paradigmate</i> .	14
VII.	Paradigma II. Conjug. <i>Verbi Perfecti</i> .	ibid.
VIII.	Paradigma III. Conjugationis.	16
IX.	Paradigma IV. Conjugationis.	17
X.	De <i>Quadriliteris</i> .	18
XI.	De Verbis <i>Imperfectis</i> , seu <i>Surdis</i> .	20
XII.	De Verbis <i>Biliteris</i> .	22
XIII.	De II. Conjug. <i>Biliterorum</i> .	27
XIV.	De III. Conjug. <i>Biliterorum</i> .	28
XV.	De IV. Conjug. <i>Biliterorum</i> .	29
XVI.	De Figura, seu <i>Verbis Coniunctis</i> .	ibid.

LIB. IV. DE PRONOMINE.

CAP. I.	De Personalibus <i>absolutis</i> .	42
II.	De Demonstrativis.	43
III.	De Possessivis & Interrogat.	44
IV.	De Inseparabilibus f. <i>Affixis</i> .	ibid.

LIB. V. DE PARTICULIS.

CAP. I.	De Adverbiis.	45
II.	De Præpositionibus.	47
III.	De Coniunctionibus.	ibid.
IV.	De Interjectionibus.	48

LIB. VI. DE SYNTAXI.

CAP. I.	De Syntaxi Verborum.	49
II.	- - Nominum.	50
III.	- - Pronominum.	ibid.
IV.	- - Adverbiorum.	52
V.	- - Præpositionum.	ibid.
VI.	- - Coniunctionum.	53
VII.	De Ordine.	ibid.

Accedunt (1.) Versus XIII. Capitis XI. Evangelii S. Lucae, ex versione Gregorii, cum analysis Grammatica. 54
 (2.) Symbolum Apostolicum. 57
 (3.) Formulæ aliquot loquendi. ibid.
 (4.) Carmen Gregorii. 58
 (5.) Fragmentum Piquesii. 59

Paucissima menda, post impressas schedas à nobis observata, sic corrigantur:

Pag. 14. n. 2. post $\rho\phi\theta\upsilon\alpha$: adde <i>pro</i> .	Pag. 43. n. 2. leg. $\Delta\zeta$: <i>Nobis</i> .
23. lin. ult. leg. <i>per Can. V.</i>	48. n. 2. - $\xi\zeta\eta$. $\rho\eta$:
41. Cap. 7. n. 4. post <i>clausimus</i> leg. <i>Luc. XI. 7.</i>	ibid. n. 7. - Cap. I. n. II.

Pag. 41. adde, ρ præfixum & ζ : paragodicum Genitivum quoque exprimere.

F I N I S.

137819

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

SÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0526543

